Sin verò pro ratione facultatum rem conficiemus, quæ erunt rectè instituta, rursùs imitari libebit: sin autem in aliquo peccatum fuerit, ab eo abstinēbimus. Prætereà si omnia simul fierent, paranda quoque nobis esset omnium copia. Sin alia perficiantur, alia differantur; adquisitus jam antè proventus necessaria suppeditabit. Illud for-

1 Al. ἡμῖν οἰόμεθα.

2 Al. ἀπεχοίμεθα.

φοβερώτατον δοκῆ παῖσιν εἶ), μὴ, εἰ ἄλλαν πολλά κλήσαιοτο ἢ πόλις ἀνδράποδα, ὑφ' ἡγεμονίῃ ἂν τὰ ἔργα, καὶ τούτου τοῦ φόβου ἀπηλλαγμένοι εἴημεν, εἰ μὴ πλείονας ἀνθρώπους, ἢ ὅσοις αὐτὰ τὰ ἔργα ὑποσταιτοίη, καὶ ἐνιαυτὸν ἐμβάλοισιν.

Οὕτως ἔμοιγε δοκῆ ἢ περ ῥᾶστον, ταύτη καὶ δεῖστον εἶ) ταῦτα ὑπάσσειν. Εἰ δ' αὖ ἀλλὰ τὰς ἐν τῷ νῦν πολέμῳ γεθυημένας εἰσφορὰς ¹ νομίζει ἂν μηδ' ὅτις δύνασθαι εἰσενεγκεῖν ὑμεῖς ἦ, ὅσα μὲν πρὸς ² εἰρήνης χρήματα εὐρισκε τὰ τέλη, ἀπὸ τούτων καὶ ὅ ἂν πρὸν ἔτος δευκαεῖτε τὴν πόλιν ὅσα δ' ἂν ἐφευρίσκη διὰ τὸ εἰρήνην τε εἶ) καὶ διὰ τὸ

tassè. videri possit summoperè metuendum, nè, si civitas valdè multa mancipia compararit, etiam opera nimis magnâ copiâ onerentur; verùm hoc quoque metu liberati erimus, si non plures, quàm ipsa requirunt opera, singulis annis immitemus.

Ita mihi quidem videtur in his *rebus* eam sequi rationem optissimum esse, quæ sit facillima. Quòd si rursùs existimatis, ob tributa, hoc bello exacta, nè tantulum quidem posse contribui; sanè quantum ante *factam* pacem vectigalia reddebant, tantum in *administratione* reipublicæ anno proximo impendite: quæ verò *ampliùs illa* reddent, tum proptereà quia pax est, tum quia

¹ Steph. legit νομίζοιτ' ἂν.

² Vulg. εἰρημίας.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

μίοις, εἴτε αὐτοὺς θεραπεύοι. Λογίζομαι δ' ἔγωγε καὶ πολέμου γιγνομένων οἴοντ' εἶναι μὴ ἐκλείπεσθαι τὰ ἀργυρεῖα. Ἐστὶ μὲν γὰρ δήπερ πρὸς τὰ μέταλλα ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν θαλάττῃ τείχος ἐν Ἰ Αναφραύσῳ, ἔστι δ' ἐν τῇ πρὸς ἄρκτον τείχος ἐν Θορικῷ, ἀπέχοντα δὲ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ἀμφὶ τὰ ἐξήκοντα στάδια.

Εἰ οὖν καὶ ἐν μέσῳ τούτων γένοιτο ὅππῃ τὸ ὑψηλοτάτω βήσσης τείχος ἔρυμα, σωήκοι' ἂν τὰ ἔργα εἰς ἓν ἕξ ἀπάντων τῶν τειχῶν καὶ εἴτε αἰσθάνοιτο πολεμικόν, βραχὺ ἂν εἴη ἐκείσῳ εἰς ὃ ἀσφαλὲς ἄποχωρῆσαι. Εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν πλείους πολέμοι, δηλονότι εἰ μὲν οἷτον, ἢ

quis eorum curam suscipiat. Mea quoque fert ratio, belli etiam tempore fieri posse, ut argentifodinæ non deserantur. Cùm non procul à metallis ad mare, *quod* meridiem versus *extenditur*, una sit munitio in Anaphausto, altera verò in Thorico, versus *mare* aquilonale; quorum locorum alter ab altero stadiis circiter sexaginta distat.

Si igitur inter hæc duo tertium aliquod castellum in editissimo saltûs loco excitetur, in unum *locum* ex omnibus his castellis operas convenire licebit: ac si quid hostile senserint, breve spatium quilibet ad tutum *receptum* habebit. Quòd si majores hostium copiarum irruerint, ac frumentum, aut

1 *Leuncl.* vult legi Αναφραύσιον.

οἶνον, ἢ πορόβατα ἔξω εὐρειν, ἀφέλονται ἀν ταῦτα. Ἀργυρείτιδος ἢ κρηλίσσαντες, τί ἀν μάλλον, ἢ λίθοις ἔχουσι χρῆσθαι;

Πῶς δὲ καὶ ὀρμήσειάν ποτε πολέμοι πρὸς τὰ μέταλλα; Ἀπέχθαι μὲν γὰρ δήπου τῶν ἀργυρείων ἐγγύτατα πόλις Μέγαρα πολὺ πλεῖον τῶν πεντακοσίων σταδίων ἀπέχθαι δὲ ἢ μετὰ ταῦτα πλησιαιτάτα Θῆβαι πολὺ πλεῖον τῶν ἑξακοσίων. Ἦν οὖν πορόβωνται εἰς τεῦθεν ποθεῖν ὅτι τὰ ἀργυρεῖα, παρειένοισι αὐτοὺς δέσσει πρὸ πόλιος καὶ μὲν ὧσιν ὀλίγοι, εἰκὸς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι καὶ ὑπὸ ἵππέων καὶ ὑπὸ χειπόλων. Πολλῆ γὰρ μὲν δυνάμει.

vinum, aut pecudes invenerint extra *munitiones*; ea nimirum *secum* auferent. Si *maximè* argenti metallis potiti fuerint, quid aliud habituri sunt, quo utantur, nisi *faxa*?

Et quo tandem modo in metalla hostes irruptionem facere possint? Abest enim à metallis ex intervallo proximo urbs Megara multo longiùs quingentis stadiis: absunt deindè proximo ex intervallo Thebæ multo ampliùs sexcentis. Itaque si ad argentifodinas illinc alicundè venerint, ut ipsam urbem prætereant, necesse est: ac si pauci fuerint, ab equitibus, & illis, qui *præsidii causâ* regionem circumeunt, eos interemptum iri consentaneum est. Ut verò desertâ regione

πορεύεσθαι ἐξηρημοῦντας τὰ ἑαυτῶν χαλεπὸν· πολλὸν γὰρ ἐγγύτερον ἂν εἴη ταῖς πόλεσιν αὐτῶν τὸ τῶν Ἀθηναίων ἄστυ, ἢ αὐτοὶ ὦ πρὸς τοῖς μετάλλοις ὄντες.

Εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν, πῶς ἂν καὶ δύναιτο μῦεν, μὴ ἔχοντες τὰ ὀπιτήδεια; Ἐπισιτίζεσθαι γέ μὴν μέρει, καὶ κίνδυνος καὶ πρὸς τὰ μετιόντων καὶ πρὸς τῶν ἀγωνίζοντα· πάντες δὲ αἰεὶ μεπόντες πολιορκοῦντ' ἂν μάλλον, ἢ πολιορκοῖεν. Οὐ τοίνυν μόνον ἢ ἀπὸ τῶν ἀνδραπόδων εἰσφορὰ καὶ διατροφὴ τῇ πόλει αὐξοίαν· ἀλλὰ πολυαιθρωπίας πρὸς τὰ μέταλλα ἀθροισμοῦντος, καὶ ἀπ' ἀγροῦς τῆς ἐκεῖ

suâ, cum magnis copiis è finibus suis exeant, non facile fuerit; propterea quòd urbs Atheniensis ita longè propior esset futura civitatibus eorum, quàm illi ipsi, qui ad metalla se conferrent.

Si tamen accedant, quonam modo *illic* manere possint, à com meatu destituti? Quòd si *copiarum aliquâ cum parte* pabulando necessaria parere *velint*, erunt in periculo tum pabulatores, tum res ipsæ, de quibus contendendum: sin exeant semper omnes, non tam oppugnabunt *alios*, quàm *ipsi* oppugnabuntur. Non igitur illa tantùm de mancipiis pensio civitati ad alendos suos incrementum adferet, verùm etiam ubi magnus hominum ad metalla concursus erit, plures & ex foro,



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

σιαρχόμενοι οἷτε φρυγεῖν ἐν τοῖς φρυγείοις; οἷτε πελᾶζειν, καὶ περιπολεῖν τὴν χώραν, πάντα ταῦτα μάλλον ἀνωράσσειεν, ἐφ' ἑκάστοις τῶν ἔργων τῆς προφῆς ἀποδιδομένης.

Κ Ε Φ. ε'.

ΕΙ δὲ σαφὲς δοκεῖ εἶναι, ὡς εἰ μέλλουσι πᾶσαι αἱ πόλεις ἐκ πόλεως περιεῖναι, ὅτι εἰρηνώτερον ἔστιν ἀρχεῖν ἢ ἀρᾶν ὅτι ἀξίον καὶ εἰρηνόφρονος καρδιεῖναι; Πολὺ γὰρ ἀνὰ καὶ αὐτῇ ἀρεθῆσαι ἢ ἀρχὴν περιφιλετέραν καὶ πυκνοτέραν εἰσαφικνεῖσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσειε τὴν πόλιν. Εἰ δὲ τινες ἔτιω γινώσκουσιν, ὡς ἐὰν ἡ πόλις εἰρηνώτερον ἀγούσα ἀφαιρῆται,

decurfione cum facibus: itidemque constituti ad præfidia caftellorum, & gestare parmas, & regionem obire juffi, hæc omnia majore ftudio facient, fi victus cuique pro laboribus fuīs tribuatur.

C A P. V.

QUOD si evidens esse videtur, pace ad hoc opus fore, si proventibus hisce potiri civitas velit: annon par fuerit, etiam pacis custodes quosdam constitui? Nam delectus hic magistratus efficiet, ut omnes mortales & lubentiùs & frequentiùs hanc urbem adeant. Si qui verò judicant, eandem civitatem in pace perpetuâ mi-

ἀδυνατώτερα τε, καὶ ἀδοξότερα, καὶ ἥτιον ὀνομαστὴ ἐν τῇ
 Ἑλλάδι ἔσται, καὶ ἔτι γε ὡς ἐμῆ δόξῃ παραλόγως σκοπεῖ-
 σιν. Εὐδαιμονίεσθαι μὲ γὰρ δήπτε πόλεις λέγοντ', αἱ αὖ
 πλείστον χρόνον ἐν εἰρήνῃ διατελῶσι. Πασῶν δὲ πόλεων
 Ἀθῆναι μάλιστα πεφύκασιν ἐν εἰρήνῃ αὐξέσθαι.

Τίνες γὰρ, ἡσυχίαν ἀγύσης τῆς πόλεως, οὐ περισ-
 δέοιנט' ἀν αὐτῆς; Ἀρξάμνοι ἀπὸ ναυκλήρων καὶ ἐμπό-
 ρων. Οὐχ ᾧ πολύσιλοι, ἔχ ᾧ πολύοινοι οὐχ ᾧ
 ἡδύοινοι; τί δὲ ᾧ πολυέλαιοι; τί ᾧ πολυπρόβα-
 τοι; ᾧ δὲ γνώμη καὶ ἀργεῖα διωάμενοι χρηματίζε-
 σθαι; Καὶ μὲν χειροτέχνα γε, καὶ σοφιστὰ, καὶ φι-
 λόσοφοι, ᾧ δὲ ποιητὰ, ᾧ δὲ τὰ τούτων μέγα χειρι-

nus potentiaë, gloriaë, celebritatis habituram in
 Græciâ; hi fanè rem opinione meâ non ritè con-
 siderant. Nam beatissimæ dicuntur respUBLICÆ,
 quæ longissimo tempore in pace permanferint.
 Et Athenarum *ea ratio est*, ut in pace supra civi-
 tates alias omnes incrementum fumant.

Quis est enim omnium, qui hujus urbis, si
 quieta fit, adjumento non indigeat? Atque ut à
 naucleris & mercatoribus ordiamur. Annon qui
 frumento, vino, eoque suavi; oleo, pecudibus
 abundant? item qui & consilio, & re quæstum
 facere possunt? *His addantur* opifices, sapientiaë
 professores, philosophi, poetæ, quique istorum

ζόμενοι, οἱ δὲ ἀξιοθεάτων, ἢ ἀξιακούντων, ἱερῶν ἢ ὀσίων
 ὀπιθυμοῦντες. ἀλλὰ μὴ καὶ ὧ δέομενοι πολλὰ ταχὺ
 ἀποδίδοθαι ἢ πείρασθαι, ἢ οὐ τούτων μᾶλλον εἴν τιχαιεῖν
 Ἀθήνησιν;

Εἰ ἣ πρὸς ταῦτα μὴ ἔδει ἀνιλέγῃ, ἢ ἣ ἡγεμονίαν
 βουλόμενοί τινες ἀναλαβεῖν τῆ πόλι, ταύτῃσι ἀφὰ πο-
 λέμῃ μᾶλλον, ἢ δι' εἰρήνης ἡγουῦται εἴν καταπραχθῆ-
 ναι. εἰνοσιώτατῃ πρῶτον καὶ τὰ Μηδικὰ, πότερον βιαζό-
 μενοι, ἢ εὐεργετοῦντες τῆς Ἑλλάδας, ἡγεμονίας τε ἔν ναυ-
 ποδοῖ καὶ Ἐλληνοταμίας ἐτύχομεν. Ἐπι δ' ἐπεὶ ὡμῶς
 ἀγαν δόξασα προσαιδέειν ἢ πόλις ἐστέρηθη τ' ἀρχῆς. ἢ

opera tractant, & qui rerum spectatu, qui auditu
 dignarum, qui sacrarum & religiosarum studio
 tenentur: prætereà si qui multa citò vendere vel
 emere velint, ubi faciliùs *quod cupiunt*, adsequen-
 tur, quàm Athenis?

Quòd si nemo his contradicit, sed nonnulli
 dum civitatì principatum recuperare cupiunt,
 bello magis, quàm pace, id effici posse arbitran-
 tur: ii *velim* primùm Medica *mibi bella* confide-
 rent, utrum vi potiùs, an nostris ergà Græcos be-
 neficiis, & maris principatum, & Græciæ quæf-
 turam adepti simus. Prætereà cùm sæviùs uti hâc
 præfecturâ visa civitas, imperium amisisset; an-

1 Forſan δημοσίαν. Wells.

2 Vulg. Ἑλληνοταμίας.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

πόλεις· ἔτι δὲ συναλλάττειν εἴτινες ἐν αὐταῖς γασιάζουσι.

Εἰ καὶ ὅπως τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν αὐτόνομον (ὡσπερ πρῶθεν) γένοιτο, φανεροὶ εἴητε ὀπιμελόμενοι, μὴ συμπολεμεῖντες, ἀλλὰ πρεσβυόνηες ἀνά τὴν Ελλάδα· ἐγὼ μὲν ἔδην ἀν οἴμαι θαυμαστὸν εἶ), εἰ καὶ πάντας οὖν Ἑλλήνας ὁμοθώμονάς τε, καὶ σωόρκους, καὶ συμμάχους λάβοιτε ἐπ' ἐκείνοισι, οἵτινες ἐκλιπόντων Φωκέων τὸ ἱερόν καταλαμβάνειν ἐπειρῶντο. Εἰ δὲ καὶ ὅπως ἀνά πᾶσιν γῆν καὶ θάλατταν εἰρήνη ἔσται, φανεροὶ εἴητε ὀπιμελόμενοι, ἐγὼ μὲν οἴμαι πάντας ἀν εὐχεσθῆ, μὲν τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, Ἀθήνας μάλιστα σώζεσθαι.

mus: licet etiam, si qui in illis diffideant, in gratiam ut redeant, efficere.

Si declaretis vobis esse curæ, ut templo Delphico libertas pristina restituatur, idque efficiatis non belli cum aliis societate, sed mittendis per Græciam legatis: nihil erit mirum, si Græcos omnes vobiscum unanimes, confœderatos, socios habebitis adversus illos, qui templum *Delphicum* à Phocensibus desertum occupare conati sunt. Quòd si etiam apertè detis operam, ut terrâ marique omnia pacata sint; equidem cunctos existimo votis expetituros, ut Athenæ, secundum patriam cujusque suam, maximè salvæ sint.

Εἰ δέ τις αὖ εἰς χρήματα κερδαλέωτερον νομίζει εἶ-
 ναι τῆ πόλει πόλεμον, ἢ εἰρήνην· ἐγὼ μὲ οὐκ οἶδα, πῶς
 ἂν ἄμεινον ταῦτα κερδαίη, ἢ εἴ τις τὰ προβλεφθημένα ἐπι-
 ἀνασκοποίη τῆ πόλει πῶς ἀποβέβηκεν. Εὐρήσθῃ γὰρ τό-
 τε παλαιὸν ἐν εἰρήνῃ μὲν πάνυ πολλὰ χρήματα εἰς τὴν
 πόλιν ἀνενεχθέντα, ἐν πολέμῳ δὲ ταῦτα πάντα κατα-
 δαπανηθέντα· γνώσεται δὲ, ἢν σκοπή, καὶ ἐν τῷ νῦν χρό-
 νῳ ἀφ' ἑμὲ μὲν ὁ πόλεμον καὶ τὰ προσόδων πολλὰς ἐκ-
 λειπέσας, καὶ τὰς εἰσελθούσας εἰς παντοδαπὰ [πολλὰ]
 καὶ ἀδαπανηθείσας. Ἐπεὶ δὲ εἰρήνη κατὰ θάλατταν γεγέ-
 νηται, καὶ ὑψημύνας τε προσόδοις, καὶ ταύταις ἕξον τοῖς
 πολίταις χρῆσθαι ὅ, τι βέλουσιν.

Si rursus quisquam est, qui existimet, bel-
 lum, quàm pacem, esse reipublicæ nostræ ma-
 gis fructuosum ad pecuniam conficiendam; non
 video, quâ ratione hæc meliùs dijudicari possint,
 quàm si quis res antè gestas consideret, qui fue-
 rint earum eventus civitati nostræ. Reperiet enim,
 quondam in pace permultum pecuniæ in urbem
 invectum, quæ omnis bello absumpta fuerit: in-
 telliget etiam, si considerare volet, hoc quoque
 tempore multos proventus bello defecisse; & eos,
 qui percepti sint, in omnis generis usus exhaustos
 esse. Jam verò pacato mari, eosdem & auctos esse,
 & iis uti licere civibus arbitrato suo.

Εἰ δὲ τίς με ἐπερωτῶν, εἰ καὶ ἄν τις ἀδικοίη. τιμὴν πόλιν, λέγεις ὡς χρὴ καὶ πρὸς τοῦτον εἰρήνῃ ἄγειν; οὐκ ἂν φαίην· ἀλλὰ μᾶλλον λέγω, ὅτι πολὺ θάρσος ἂν τιμωροίμθα αὐτούς, εἰ μηδένα πρῆχοιμεν ἀδικούντα· ἕδνα γὰρ ἂν ἔχοιεν σύμμαχον.

Κ Ε Φ. 51.

Α ΛΛ' εἰ γεμῶ τῶν εἰρημῶν ἀδύατον μὲν μηδέν ἔστι, μηδὲ χαλεπὸν, τραπομῶν ἢ αὐτῶν περὶφιλέτεροι μὲν τοῖς Ἕλλησι γενησόμεθα, ἀσφαλέτερον δὲ οἰκήσομεν, εὐκλέετεροι δὲ ἐσόμε-

Si quis autem me roget, an etiam aliquo injuriâ civitatem hanc adficiant, censeam cum eorū pacem colendam? equidem id dicere nolim; sed hoc potius affirmo, nos hostes facilius ulcisci posse, siquidem à nobis auctor injuriæ nullus existat: quippè sic *adversarii* nullos habebunt belli socios.

C A P. VI.

S E D: enim si nihil est eorum, quæ à me dicta sunt, quod fieri non possit, & quidem facile; ac istæc agendo si Græcis amiciores & *gratiores* erimus, urbem tutius incolemus, gloriâ ma-



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

φούς, ἐπέρεσθαι οὐτὸ θεός, Εἰ λῶον καὶ ἄμεινον εἴη ἂν τῆ πόλει οὕτω κατασκοδαζομένη, καὶ αὐτίκα καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. Εἰ ἣ ταῦτα συναινοῖεν, τότε ἂν αὖ φαίην χρήναι ἐπερωτᾶν, Τίνας θεῶν προσποιούμενοι, ταῦτα κἀλλιστα καὶ ἄριστα πράττοιμεν ἂν. Οὓς δ' ἂν ἔλοιεν θεούς, τούτοις εἰκὸς καλλιερέσασθαι ἄρχεσθαι τῆ ἔργου. Σὺν γὰρ θεῶν πραττομένων εἰκὸς καὶ τὰς πράξεις περιέναι ὑπὲρ τῶ λῶον καὶ ἄμεινον ἀεὶ τῆ πόλει.

phosque missis, deos illos consulatis; An fatius meliúsve fit huic civitati, tam in præsentia, quàm in posterum, hanc ejus formam institui. Si adnuerint, censerem rursùs interrogandos; Quosnam deos nobis conciliando, quàm rectissimè atque optimè simus hæc effecturi. Quoscunque verò Deos illi selegerint, iis litando placatis, rem ordiri par erit. Nam quæ res numine propitio suscipiuntur, eas semper reipublicæ meliùs feliciúsque cessuras, consentaneum est.

N O T Æ.

P A G. I. Αγησιλάου ἀρετῆς τε καὶ δόξης] De virtute ac gloriâ Agefilai varios passim auctores consulas; præcipuè *Corn. Nep.* in vitâ *Agefil.* & *Cragium* de *Repub. Laced.* — De hâc Oratione vide *Ciceronem* ad *Famil.* l. 5. epist. 12. & ad *Quintum* l. 1. epist. 2. — De potestate Regum *Lacedæmoniorum*, Hæc *Cragius*: Regibus *Spartanis* non erat *παρδοασιλεία*, seu *plena & liberrima omnium rerum potestas*, nec quidvis faciendi arbitrium penes ipsos. Non alia eorum fuit potestas, quàm quæ legibus initio constituta, quarum vinculis quoque profûs ea erat adstricta. Ideò rectè *Aristoteles*, ἡ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ δὲ καὶ μὲν εἶναι βασιλεία μάλιστα τῶν κατὰ νόμον. Οὐκ ἐστὶ δὲ κυρία πάντων, id est, quod in *Laconum Repub.* regnum est, videtur esse maximè legibus adstrictum. Non sunt omnia enim arbitrii ipsius. Ac ut securi hujus essent *Lacedæmonii* solemne sacramentum quot mensibus exigebatur à Regibus, quo jurabant regnum se secundum leges administraturos, adigentibus eos in sua verba *Ephoris*: ut & ipsi exigebant vicissim ab *Ephoris* juramentum, quo promittebant se regnum iis hoc facientibus conservaturos. vide *Nostrum* in *Repub. Laced.* p. 227.

Ibid. Διὰ τῆτο ἐδὲ μειόνων] In *Ald.* edit. legitur διὰ τέτων οὐδὲ μειόνων &c. quam lectionem ex vet. cod. emendatam non inveni: cùm tamen, quin διὰ τοῦτο legi debeat, (ut in *Reuchlini* editione legitur) minimè dubitari possit. Sed quantum ad alteram mutationem attinet, videlicet particulæ ἐδὲ in δὲ, eam, licèt ex vetusto quodam libro sumptam, non perindè necessariam esse, & ἐδὲ ferri posse, arbitror: ut sit sensus — *ideò nè minores quidem consequatur laudes.* Intellego autem *minores se*: atque ita totius loci hæc erit sententia, *Non enim æquum fuerit, eum, quòd dignè laudari perfecta & absoluta ejus fortitudo nequeat, nè laudes quidem suâ virtute minores consequi, sed prorsùs illaudatum relinqui.* At si legatur, Διὰ τῆτο δὲ μειόνων &c. particula δὲ ità usurpata fuerit, ut Latina verò in hoc *Ciceronis* loco, *Quod laudas quia oblivisci me scripsi ante facta & dicta nostri omici, ego verò ità facio.* Item in isto, *Quod scribis te audire me etiam mentis errore & dolore adfici, mihi verò mens integra est.* At *μειόνων* paulò aliter, quàm modò exposuimus, accipiendum erit: ut sit sensus, *ideò minùs laudetur: i. e. ideò pauciores extent ejus laudatores.* Certè Διὰ τῆτο ἐδὲ μειόνων, non minùs lubenter scripserim. Cæterùm omnibus cum *Horatio* laudare aliquem recusantibus, quòd ejus laudes culpâ sui ingenii deterere vereantur, quod hîc dicit *Xenophon*, aptissimè responderi possit. *Steph.*

P. 2. Αφ' Ἡρακλέους ἐγένετο] Sicut apud gentes ferè omnes, Regiæ dignitatis fastigium, summo in Repub. semper loco fuit: ità præcipuus, idemque antiquissimus magistratus *Lacedæmoniorum* erat, cui Regium nomen dabatur. Sed ut nomen diversum ab aliis gentibus usurpabant *Lacedæmonii* in appellandis suis Regibus, Ἀγαγέτας eos vocantes, ut testatur *Plutarchus*: ità fuere permulta alia, quæ quasi propria & peculiaria circa Reges suos observabant, nec alibi uspiam ità moribus usurpabantur. Ea verò sita potissimum animadverti in hisce sex: in familiæ præeminentiâ, in successione jure, in puerili educatione, in corporis externâ specie, in imperandi potestate, & honoris exhibitione. Familia regia, post recuperatam à *Doribus* Peloponnesum, non fuit alia quàm *Heraclidarum*, seu ex divinâ *Herculis* stirpe oriundorum. Quorum jus: unde exstiterit fusiùs explicat *Cragius* de Repub. Laced. p. 18.

Ibid. Τὸ γένος αὐτῶν] Scil. *Heraclidarum*, de quibus consule Scriptorem suprâ citatum.

P. 3. Οὔτε δημοκρατία, οὔτε ὀλιγαρχία, οὔτε τυραννίς] Nam fuit hæc Græcorum ratio: Reges, urbes gubernari à singulis: Oligarchici, ut *Lacedæmonii*, à paucis: Democratici, ut *Athenienses*, à multis, hoc est à plebe, voluerunt. Hoc illud est, quod ait *Thucydides*, p. 14. Ed. Æm. Port. τοὺς Λακεδαιμονίους βούλεσθαι τοὺς συμμάχους ἐπιτηδείως ὀφίσιν αὐτοῖς πολιτεύεσθαι, τουτέστιν ὀλιγαρχείᾳ. Vide *Wolfium* ad *Demost.*

Ibid. Ἄγισ βασιλεὺς ὧν ἐτελεύτησεν] *Agis*, *Agésilai* frater, cùm Rempub. moribus pravus corruptam, & avaritiâ imbutam perturbasset, odio expositus Potentiorum ab *Ephoris* est necatus, cùm factum Spartâ dignum suscepisset, inquit *Plutarchus*. Vide sic *Crag.* de R. L. p. 198.

P. 4. Ἀνεπικλητότερον — τῷ γένει] Scilicet *Heraclidarum* — Regum hujus familiæ usque adeò Regnum erat proprium & quasi peculiare, ut genuinos & veros prorsùs *Heracidas* eos esse oporteret, qui ad illud capescendum existimarentur idonei. Aliàs si tantùm essent ab alterâ parte ejus prosapiæ, vel si spurixæ progeniei, non admittebantur, sed admissi potius removebantur. Hâc ratione *Leotychidæ* *Agidis* filio, quòd pater inconsideratâ garrulitate eum *Alcibiade* exule genitum effutiisset, *Agésilaus*, adnitente in id potissimum *Lyfandro*, præfertur. Quæ historia copiosè exponitur apud *Plutarchum* in *Agésilao*, & *Alcibiade*, itemque in *Laconicis Pausaniæ*. *Crag.* de R. L. p. 86.

Ibid. Ἐπι μὲν νέος ὧν] Quo tempore Regnum *Agésilao* delatum erat, annos habuit tres atque quadraginta; nam *Plutarcho* auctore, sub fine vitæ ejus, — ἀπέθανε (scil. *Agésilaus*) βιώσας μὲν ὀγδοήκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη, βασιλεύσας δὲ τῆ Σπάρτης ἐνὶ τῶν τεσσαράκοντα πλέον — Quare idem ferè valeat hîc oportet νέος, atque νεανίσκος, K. A. p. 119. Ubi hæc doctiss. *Hutchinsonus*: Vocem *adolescens*



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Macedoniæ rex erat, ludis olympicis, ut qui *barbarus* esset, exclusus est, neque iis tandem aliquando admissus antequam se *Argis* oriundum esse probâisset. Idem *Alexander*, cùm à Persarum castris ad Græcos transfisset, ut iis prædiceret *Mardonium* primâ luce eos de improvise aggressurum, perfidiæ crimen diluit antiquâ suâ origine, quam ad Græcos referebat. Ægyptii *barbaros* omnes vocabant, qui non ipsorum linguâ loquebantur. Sic *Herodotus* lib. 2. βαρβάρους πάντας. οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὰς μὴ σφίσι ὀμογλώσσους. Videtur *Herodotus* significare, vocabulum hoc esse origine Ægyptiacum. Lege sis quæ scripsit *Raphel*. ad 1. *Corin.* c. 14. v. 11.

Ibid. Τό, τε αἰρεῖσθαι ἐπιόντω] *Hic* (*Agefilaus*) simul atque imperii potitus est, persuasit *Lacedæmoniis*, ut exercitum mitterent in *Asiam*, bellumque regi facerent: docens, satiùs esse in *Asiâ*, quàm in *Europâ* dimicari. *C. Nep.* *Agefil.* c. 2.

P. 6. Τισσαφέρηνς] *C. Nep.* *Agefil.* c. 2. *Id* ut cognovit *Tissaphernes*, qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios, inducias à *Lacone* petivit, simulans se dare operam, ut *Lacedæmoniis* cum rege conveniret: re autem verâ, ad copias comparandas: &c.

P. 7. Ομοσάμενος τῆς πράξεως] *Ejus* scil. rei perficiendæ causâ, de quâ cum rege *Persarum*, nuntiis ad eum missis, acturum se pollicitus fuerat *Tissaphernes*. *H.*

Ibid. Τισσαφέρηνς ἀ ὤμοσεν] *Juravit* autem uterque, se sine dolo inducias conservaturum, in quâ prætionem summâ fide mansit *Agefilaus*: contra ea, *Tissaphernes* nihil aliud quàm bellum comparavit. *C. Nep.* *Agefil.* c. 2.

Ibid. Ομοσάμενος ταῖς σπονδαῖς] *Persistit* in induciis. *Noster* in *Memorab.* lib. 4. Ἰνα τοῖς νόμοις πείθωνται. Τέτοις γὰρ τῶν πολιτῶν ἐμμενόντων αἱ πόλεις ἰχυρόταται τε καὶ εὐδαιμονέσταται γίνονται. *Ut legibus pareant. Nam si cives in his persistant, urbes potentissimæ beatissimæque sunt.* Hic ἐμμένειν idem sonat, quod πείθεσθαι, obedire; atque ampliùs quid, nimirum in obsequendi studio perseverare, & permanere. Item *Hist. Græc.* lib. 6. Ἐμμενῶ ταῖς σπονδαῖς. *Persistam in fæderibus.* Cujusmodi constantiam hoc verbo significari, declarat præcipuè *Epieteti* locus c. 74. Ὅσα προτίθεται, τέτοις, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβήσων ἀν παραδοῆς π τέτων, ἐμμενεῖ ὁ, π δ' ἀν ἐγῆ πς περιέσθ, μὴ ἐπιστρέφθ. *Quæcunque proponuntur, in his, velut legibus, persevera; Et tanquam impius sis futurus, si quid eorum transgrediaris.* Huc adde verba *D. Pauli* ad *Gal.* c. 3. v. 10. Ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις. *Manet in omnibus, quæ scripta sunt, i. e. ea constanter servat. Ita manere promissis, est stare promissis.* *Virg. Æn.* 2. v. 160.

*Tu modo promissis maneas, servataque serves
Troja fidem.*

Ubi

Ubi *promissis manere*, Servius in *promissis manere* interpretatur. Idem Virg. *Æn.* 8. v. 643.

— *At tu dictis, Albane, maneres.*

Quod loquendi genus à Græcis Poeta videtur mutuatus. Vide Doctiff. *Raphel.* Annot. Philolog. T. 2. p. 438.

P. 8. Αγητίλαος δὲ μάλα φαιδρῶ] *Jusjurandum servabat* (Agefilus,) *multumque in eo se consequi dicebat, quòd Tissaphernes perjurio suo & homines suis rebus abalienaret, & deos sibi iratos redderet: se autem &c.* C. *Nep.* Agefil. c. 2.

Ibid. Επισρκήσας αὐτὸς] *Casaubonus*, ad *Equit.* *Aristoph.* ver. 298. v. ἐπισρκῶ, hæc observat. ὅρκος; *jusjurandum*: ἐπισρκεῖν, propriè *jusjurandum aliud addere, iterum jurare.* Usus auctorum obtinuit, ut ponatur in malam partem de *pejerante*; quasi monerent nos viri sapientes non multum interesse inter *pejerantem*, & sæpe *jurentem.* Hoc verbum in optimis quidem Scriptoribus significat *pejerare, sive promissis non stare.* Quo sensu extat apud *Matt.* c. 5. v. 33. Οὐχ ἐπισρκήσεις: ubi Salvatoris nostri sermo est proculdubiò de fide in pollicitationibus, quia mox subjungitur — ἀπδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τὰς ὅρκους σου. Ad quem locum hæc doctissimus *Raphelius*, T. 1. p. 219. “Dissenferunt de hoc verbo, ut *Grotius* annotavit, *Cleanthes* & *Chrysippus*, veteres philosophi Græci, curiosè, ut mos fuit Stoicorum, exquirentes, quæ propria hujus verbi vis sit. Quorum ille sentiebat, ἐπισρκεῖν de eo tantùm dici, qui verbis quidem juret, animo autem promissa sibi servanda esse non statuat. Ut ille ait apud *Euripidem* — *Juravi linguâ, mentem injuratam gero.* *Chrysippus* contrà pugnabat, si quis, quæ jurando affirmasset se facturum, non præstet, etiam si ex animi sui sententiâ, ut *Romani* loquebantur, jurasset, hunc ἐπισρκεῖν intelligi oportere, nec de quoquam hoc verbum ante dici posse, quàm ex eventu constet, *jusjurandum* ab ipso non servari; si quis *falsum juret*, eum ψευδοσκεῖν. Utroque verùm modo usurpari hoc verbum re ipsâ ostendit *Noster*. K. A. l. 2. p. 169. Κλέαρχος ἐπέε ἐπισρκῶν τε ἐφώνη καὶ τὰς σπονδὰς λύων, ἔχει τὴν δίκην καὶ τέθνηκε. *Clearchus* cùm *jurisjurandi fœderisque violati compertus* esset, *pœnas meritas subiit atque adeò mortuus est.* Et lib. 2. p. 171. Κλέαρχος μὲν τοίνυν, εἰ παρὰ τοὺς ὅρκους ἔλυε τὰς σπονδὰς, τὴν δίκην ἔχει: δίκαιον γὰρ ἀπώλυθαι τὰς ἐπισρκῶντας. *Clearchus* quidem certè, si præter *jurisjurandi fidem fœdera solvit, meritò pœnas dedit: æquum est enim perjuros interire.* Rectè igitur *Chrysippus*, quatenus ἐπισρκεῖν esse contendit, — *non facere promissa sacramento confirmata.* Nec *Cleanthis* Sententia exemplis destituitur. Sic manifestè usurpatur à *Xenophonte* in *Apolog. Socratis* — μάστρεας ἐπισρκῶντας κατὰ ψευδομαστρεῖν αὐτῶ. *Testes pejerando falsum ad- versus se testimonium dicere.* Demonstratâ itaque utrâque verbi significatione,

nificatione, si jam quærat, utra *Christi* orationi sit convenientior: causam nullam video, quare non utrique locus esse queat; — “ut tum jurantis animus ab omni fraude prohibeatur, omnesque *reservations*, uti nunc loquuntur, *mentales*, cum decipiendi voluntate conjunctæ, à jurejurando excludantur” — “tum, ut fides promissio extet.”

P. 9. Ἀγορὰν παρασκιάζειν] Vox ἀγορὰ (ut ad Polyb. observavit *Casaub.*) apud historicos Græcos passim denotat non *forum* tantum aut *mercatum*, sed & *commeatum*, eamque in primis *annonam*, quæ *venum est exposita* — ἔτε γὰρ ἀγορὰ ἐστὶν ἰκανή. K. A. p. 355. ubi vide sis doctiss. *Hutchinsonum*.

Ibid. Ἐπὶ τὸν αὐτῆ οἴκῳ] C. Nep. c. 3. *Barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Cariâ* — eò potissimum hostes impetum facturos, omnes suas copias eò contraxerat.

P. 10. Παῖδα ἀπέδειξε τὸν Τιοσαφέρην] Similiter vox παῖδα *imperitum* denotat apud *Lucian.* in *Hipp.* ferè medio: ἔπ δὲ καὶ ἀσπυνομίαν, ἐν ἣ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν, ἔσθ &c. H. Ἀπέδειξε &c. Sic *Plat.* *Phæd.* p. 194. ed. Oxon. Ἀποδείξειε λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα. *Lysias*, p. 57. μεγίστην ἀπέδειξαν τὴν ἑαυτῶν παιδείαν.

P. 12. Προσάγει] Eandem vim verbum hoc medium apud *Nostrum* obtinet *Memorab.* 1. 3. Συμμάχος ἢ καὶ βοηθὸς προσάγει, δοκεῖ &c. Et apud *Euripid.* *Androm.* v. 225. — τῆ ῥετῆ πρῶτην ἰσχυρῶς. *Suidâ* exponente, est οἰκειῶς. Sed πρῶτην & πρῶτην malè inter se à *Lexicographo* confundi suspicor. Suspicionem auget exemplum illud ipsum, quod subjecit — ὡς πρῶτην ἀγροίτη μὲν τὰ ἔθνη &c. i. e. *eum gentes sibi adjungere* &c. ubi verbum certè *medium* est; atque adeò vim obtinet, quam *activo* rarissimè tribuunt auctores. H.

Ibid. Μεταπρατοπεδύοιτο] Hanc lectionem ex margine *MSti Harl.* revocavi. H.

Ibid. Παιδεία μικρὰ] Simili diminutione usus *Nostrum* K. Π. p. 605. μικρὸν γήδιον dixit. Ubi vid. n. 1. H.

P. 14. Ἰππείαν] Rectè *Hesych.* & *Phavor.* Ἰππείαν, τὴν ἵππον. eo *scil.* sensu, quo συλληπτικῶς ἐπὶ τῶν ἵππέων λέγεται. Confer *Joh.* 8. 32. Ubi ἀλήθεια optimè de *Christo* ipso accipitur. H.

P. 15. Τὸν δὲ Ἰππόδρομον] *Hesychius*, Ἰππόδρομος, ἀγὼν Ἀθήνησι Θεσπεί ἀγόμενος: eadem sunt & *Phavorini* verba. De loco autem ipso, in quo cursu equestri certatum est, vocem usurpant Auctores. *Hutch.* ad K. A. p. 85.

P. 16. Ἐσεφανωμένους τε] K. A. p. 289. πρῶτος Χειρίσοφος ἔσεφανωμένος &c. Ad quem locum hæc doctiss. *Hutch.* Dicitur is forsan ἔσεφανωμένους, quòd modò rem sacrām fecerat: nam veteres coronatos sacrificasse, satis notum est: nisi mavis illum ominis boni causā coronam, lætitiæ utique & victoriæ quasi animo præceptæ indicium, sumpsisse.

Ibid.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

νης ἐν &c. ad *Agésilautm* ejusque copias referri debere videntur. Cum ἐλάσθησαν autem intelligas velim τὴν Ἀσίαν, cum τὰς Ἀλακρινομάδας intelligās μάχη. H.

Ibid. Προσκυνεῖν] De verbo προσκυνεῖν hæc Doctiff. *Hutch.* ad K. II. lib. 4. De ratione, quâ inter Persas salutationes fieri solebant, ita *Herodotus* lib. I. c. 134. Ἐντυγχάνοντες, ἀπὸ ἀλλήλοισι ἐν τῆσι ὁδοῖσι, τῶδε ἂν τις ἀλαγνοίη εἰ ὁμοῖοί εἰσι οἱ ἐντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαιχρῶσαι ἀλλήλους, φιλέουσι πῖσι σόμοισι· ἢν δὲ ἢ ἕτερος ὑποδέεστος ὀλίγω, τὰς περιεὶς φιλέουσι· ἢν δὲ πολλῶ ἢ ἕτερος ἀγενέστερος, προσπίπλων προσκυνεῖ τὸν ἕτερον. Hæc postremâ ratione regem venerari iis moris erat: sic enim *Tithraustes*, qui res nuntiatas ad regem perferre, & rogantes introducere solebat, *Ismeniam* Thebanum adloquutus est — Νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις, τὸν εἰς ὄφθαλμὸς ἐλθόντα τῷ βασιλείῳ, μὴ πῶτερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. *Ælian.* hist. var. lib. I. cap. 21.

P. 22. Δεκάτην ἀποθῦσαι] Decimarum Diis suis ab Ethnicis consecratarum haud pauca reperiuntur exempla. *Diod. Sic.* lib. 20. p. 756. de *Carthaginensibus*: — εἰώθεισαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις δεκάτῳ ἀποσέδειν τῷ θεῷ πάντων τῶν εἰς πῶσον πικτόντων. Plura lege sis apud *Grot.* de jure B. ac P. I. 3. c. 6. *Archæol. Gr.* I. 2. c. 4. *Clerici* Comment. ad *Gen.* c. 14. 20. Vide sis *Hutch.* ad K. A. p. 373.

Ibid. Ἀπέτεμεν αὐτῷ τὴν κεφαλὴν] Nihil frequentius in bello, quàm ut ipse dux *facere* dicatur, quod *jubet* fieri. *Sallust.* *Jugurth.* c. 26. *Jugurtha* — omnes puberes — interfecit, i. e. interfici jussit. Sic *Lucas Aët.* c. 16. v. 23. de magistratibus Philipp. dicit; Πολλὰς τε ἐπιθέντας αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν &c. Et *Paulus* de iisdem, v. 37. ait, Δείραντες ἡμῶς — ἔβαλον εἰς φυλακὴν &c. Priùs verò v. 22. *Magistratus* isti dicuntur κελεῦσαι ῥαθίζειν. Iisdem utique quibus *jussa*, & ipsæ tribuuntur *actiones*. Vide sis *Hutch.* ad K. A. p. 30.

P. 24. Ἐν τῷ ἐφορείῳ] Sic rectè edit. *Steph.* Eandem vocem reponendam censuit etiam *Leuncl.* & in suo exemplari reperisse videtur *Philelphus*: quippè vertit in *Ephorio*. H. Præcipua quæque Reipub. *Ephorum* curæ subiecta erant. Illi concionem populi regebant, bellum sciscebant, pacem rogabant, fœdus inibant, exercitum mittebant, comneatum præbebant, præmiis & pœnis dignos afficiebant, καὶ τὰ ἄλλα διοικῶσι πᾶσθης μάλιστα ἀξία, ait *Pausanias*, id est, *Omnia administrabant, in quibus aliquid momenti situm erat*. Tanta itaque cùm esset eorum potentia, unum tamen inventum remedium contra eos, videlicet mutua eorum inter se dissensio. Cujus ea vis erat, ut quâ parte plures se eorum conjunxissent, ea prævaleret. Itaque haud dubiè quantum potuit *tribuni* intercessio apud Romanos; tantum valuit *Ephorum* dissensio apud Lacedæmonios. Mansit hic status *Ephorum* usque ad *Cleomenem Leonida*

dæ filium Reipub. statum convellentem, qui eos interficiens sustulit. Quod ejus factum ruina Reipub. consecuta est, & non ita multò post, quæ Rempub. prorsus oppressit, Tyrannis exorta. Vide sis *Crag. de Rep. Laced.* p. 134.

Ibid. Παρὰ τὰς πέλιε] Scil. *Ephoros.* — *Scholias.* in *Thucyd.* l. 1. c. 86. Ἰστέον ὅτι ἦσαν πινες παρὰ Λακεδαιμονίοις ἄρχοντες, τὸν ἀειδμὸν πέλιε, ἔς Εφὸρως ἐλάλουν, ἀπὸ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως πρᾶγμα. Adde *Meursj. Miscell. Lacon.* l. 2. c. 4. H.

P. 25. Καὶ ταῦτα] Sic *Nofer* in *K. A.* p. 151. Ubi hæc habet *Hutch.* Valet hic καὶ περ, i. e. *tametsi, quanquam*: cùm aliàs, idque ἐμφαπκῶς, sonet *præsertim, idque.*

P. 26. Διαδᾶς δὲ τὸν] *C. Nep.* c. 4. Hæc igitur mente *Hellepontum* copias trajecit, tantâque usus est celeritate, ut, quod iter *Xerxes* anno vertente confecerat, hic transierit triginta diebus.

Ibid. Μακεδονίαν] Nonnulli Auctores distinguunt *Macedoniam* à Græciâ, Ut *Curt.* Cum magno deindè exercitu mare trajecit, illato *Macedoniæ* & *Græciæ* bello. Et rursus — *Nec Macedonum hæc erat culpa, sed Græcorum.* Credo id eò fieri (inquit *Raphel.* ad *Act.* c. 20. v. 2.) quòd cum aliis rebus multis differrent *Macedones* à reliquis Græcis, tum linguâ uterentur Græcâ quidem, sed tamen dialecto ejusmodi, quæ nè quidem satis intelligi à cæteris Græcis potuerit. Quin *Demosthenes*, infensus *Philippo* Macedoni, eum *barbarum* appellat. Erat nihilominus *Macedonia* pars Græciæ. Unde *Alexander* apud *Arrianum* — Ἐλθόντες εἰς Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην Ἑλλάδα. Ingressi *Macedoniam*, reliquamque *Græciam.*

Ibid. Λαρισσαῖοι] Λάρισσα, πόλις πρῶτη Θεσσαλίας, ἢ πρὸς τῆ Πηνειῶ, ἣν Ἀρίστος ἔκτισε. *Steph. Byz.*

Ibid. Κρανόσιοι] Κράνων, πόλις τῆς Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώπιδος, ἐν τοῖς Τέμπεσιν — ὁ πολίτης, Κρανόσιος. *Idem.*

Ibid. Σιγτουσαῖοι] Σιγῦσσα, πόλις καὶ χωρίον τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ Πελασγίας. *Idem.*

Ibid. Φαρσάλιοι] Φάρσαλος, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Φαρσάλου τοῦ Ἀκρσιῆ. *Idem.*

Ibid. Θεσσαλοὶ] *Thessali* Græciæ populi inter *Macedoniam* & *Thermopylas* fiti; qui ob perfidiæ crimen malè audiunt apud omnes auctores. *Euripides*: Πολλοὶ γὼ ἦσαν ἀπὸ ἀπίστοι Θεσσαλοί. Unde natum proverbium, ut *Thessala fides*, de vanâ dicatur & fluxâ. Θεσσαλὸν σόφισμα, *Thessalum commentum*: & Θεσσαλὸν νόμισμα pro adulterinâ pecuniâ. Ab *Aristophane* in *Plut.* v. 521. etiam ἀνδραποδιστῶν appellantur. Vide sis *Mount.* ad *Demosth.* p. 386.

P. 27. Πλαισίῳ] Πλαίσιον dicitur phalanx, cum figura quadrata est, cujus inæqualia sunt latera. Quòd si πλαίσιον fiat ἰσόπλευρον, tum demùm uno nomine dicitur πλίνθιον: quod à πλαισίῳ simplici sic distinguitur, ut istius quidem figura sit quadrata, lateribus æquis:

æquis: hujus itidem quadrata, sed oblonga. Vide sis *Hutch.* ad K. A. p. 240.

P. 28. Αναστροφήν.] *Budæus* Comm. L. G. p. 630. ἀνασπρέφειν dicit scribit de cedentibus & fugientibus, cùm conversi pugnam restituant: nec dubium est, quin ἀναστροφή sit ea conversio. H.

Ibid. Ελαύνοντες] Sic Noster K. A. p. 235. οἱ ἰππεῖς ἤλαυνον, scil. ἵππους. Absolutè itidem sæpissimè apud Nostrum occurrunt verba ἐλαύνω, ἐξελαύνω, παρελαύνω, &c. ad locum suprâ citatum vide sis doctiss. *Hutch.*

P. 29. Ἀνδρακίων] *Hutchinsonus* mavult Ἀτρακίων. Conjecturæ favet *Steph. Byz.* Ἀτρακ καὶ Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας, τῆς Πελασγιάδος μείζους — τὸ ἐθνικόν, Ἀτρακίος. Etiam *Ptolem.* 1. 3. c. 13. hanc urbem inter Pelasgiotidas recenset. H.

Ibid. Τρόπαιόν τε ἐσήσατο] Vide sis *Hutch.* ad K. A. p. 211. Ubi hæc Vir eruditus: De tropæis vide *Archæol. Gr.* 1. 3. c. 12. *Valer. Maxim.* 1. 5. c. 3. *Lucet Marathon Persicis tropæis: Salamis & Artemisium Xerxis naufragia numerantur.* C. *Nep.* in vitâ Themist. Sic unius viri (Themistoclis) prudentiâ Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria, (à Xerxe reportata) quæ cum Marathonio possit comparari tropæo.

Ibid. Θεβαίους] *Thebæ*, princeps *Bæotiæ* urbs, atque una ex maximis Græciæ Rebuspublicis, inter quas proximè parem *Athenis* ac *Lacedæmoni* locum obtinuit. T.

Ibid. Εὐβοίας] *Eubœa*, insula maris Ægæi, quam *Euripus* à *Bæotiâ* separabat; (tam modica ut ponte jungatur) ita olim nominata propter lata ejus & opima pascua: hodiè vocatur *Negrepont.* (*Macrin* etiam ab antiquis appellatam fuisse discimus, ob angustiam suam & longitudinem.) Athenienses hanc insulam sub ditione suâ habuerant. *Thucydides* dicit, lib. 8. Athenienses, tempore belli *Peloponnesiaci*, ejus defectione consternatos fuisse, propterea quòd majores ex eâ fructus, quàm ex totâ Atticâ, percipiebant. Vide sis *Tourel.* ad *Demosth. Philip.*

P. 30. Μόραν κ; &c.] Quot fuerint milites in unaquâque morâ, inter auctores non convenit. De quâ dissensione ita scribit *Plutarchus* in *Pelopidâ*: τὴν μόραν Εφοροῦ μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακροσίους φησὶν, Καλλιθένης δὲ ἑπτακροσίους, ἄλλοι δὲ πινες ἑνεακροσίους, ὧν Πολύβιος ἐστίν. i. e. *Ephorus* moram ait esse quingentorum virorum, *Callisthenes* septingentorum, alii quidem nongentorum, ex quibus est *Polybius*. Quorum ego *Ephori* sententiæ accedo, utpotè maximè concinnæ. Ac sic mora fuerit initio peditum quadringentorum, quibus additi postea equites centum. Quod tamen haud potuit esse perpetuum aucto vel diminuto civium numero, ut idcirco diversæ istæ auctorum sententiæ simul veræ esse possint, de diversis intellectæ temporibus. Vide sis *Crag.* de *Repub. Laced.* p. 403.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

P. 35. Πρὸς τὴν Φάλαγγα] Φάλαγγς fumitur aliquando pro agmine viginti octo millium, aliàs verò octo millium: sed perfecta Φάλαγγς sexdecim millium trècentorum octoginta quatuor viròrum numerum adæquabat. Varii alii numeri hoc nomine efferuntur, quod non rarò usurpatur pro toto peditatu, & generatim pro quovis militum agmine. *Archæol. Græc.* l. 3. c. 6. Vide *Hutch.* indicem vocab. ad rem militarem spectantium sub fin. Κ. Π.

Ibid. Ο ἵ, κριίπερ] Hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quòd cùm plerique ex fugâ se in templum Minervæ coniecissent, quærereturque ab eo, quid his fieri vellet; etsi aliquot vulnera acceperat eo prælio, & iratus videbatur omnibus, qui adversus arma tulerant; tamen antetulit iræ religionem, & eos vetuit violari. Neque verò hoc solùm in Græciâ fecit, ut templa Deorum sancta haberet; sed etiam apud Barbaros summâ religione omnia simulacra, arasque conservavit. Itaque prædicabat, “*Mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus Deorum nocuissent, aut non gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerent, quàm qui sana spoliarent.*” *C. Nep. Agesil.* c. 4.

P. 36. Ἐπὲ γεμὴν ἔληξεν &c.] In his se Noster & iis, quæ modò legeras p. 35. de ipsâ conflictione, admirandùm planè dicendi artificem & ζωγραφικὸν adeò præstitit, ut geri coràm omnia atque oculis usurpari videantur. *H. Eustath.* citat hunc locum *Xenophon-tis* ad *Homer.* II. Κ'. v. 298. Ubi videas doctiff. *Clarkium.*

Ibid. Ασιδάσ δὲ ἀπεδρευμύδας] *Eustathii* ad *Hom.* II. γ'. v. 363. verba hæc adferre libet: ἔποις ἂν σιδήρου θραυομήνου ἀκούειν τοῖστον γὰρ πνα ἦχον ἢ τῶν λέξεων ὑπηχεῖ τραχύτης; ἐπιτηδὲς ἔτω φράζοντος τῆ ποιητῆ, ὀνομασποίϊας τρέπω. *H.*

Ibid. Γύλον τὸν πολέμαρχον] Vide *Λακεδαίμ.* Πολί. c. 13. sub finem.

P. 37. Ἐλόμυθον ἀντὶ τῆ &c.] *Agesilaus* opulentissimo regno præposuit bonam existimationem, multòque gloriosius duxit, si institutis patriæ paruisset, quàm si bello superasset *Asiam.* *C. Nep. in Agesil.* c. 4.

P. 38. Ἰακίνθια] *Hesych.* Ἰακίνθια, ἑορτὴ ἐν Λακεδαίμονι. Hoc utique festum singulis annis per trium dierum spatium, mense, qui *Ἐπιθρομβεύς* erat nuncupatus, apud *Amyclæos*, in honorem *Apollinis* & *Hyacinthi* celebrabant *Lacones.* Ejus meminuit *Herodot.* I. 9. c. 6, & *II. Euripid.* *Helen.* v. 1485. *H.*

Ibid. Ἐν τῷ Πειραίῳ] Receptam scripturam tuetur *Steph. Byz.* Πειραῖος, ἔτιωσ ἐκαλεῖτο ὁ λιμὴν τῆς Ἀττικῆς — Ἐστὶ καὶ τῆς Κορινθίας λιμὴν. *H.*

P. 41. Τὰς Κυνὸς κεφαλὰς] *Steph. Byz.* Κυνὸς κεφαλὰ, λόφος τῆς Θεσσαλίας — ἦν ἵ κὴ χειλὸν Θησῶν. *H.*

Ibid. Σκῶλον] *Steph. Byz.* Σκῶλος, πόλις Βοιωτίας ἀρσενικῶς δὲ κώμη πς. Ubi vide quæ notavit doctiff. *Holsten.* *H.*

P. 42. Λεύκτροις] De pugnâ *Leuëtricâ* lege quæ scripsit *Diodor. Sic.* l. 15. p. 370. *Pausan.* l. 8. c. 27. Cladem quo tempore eam acceperunt Lacedæmonii, *Cleombrotus* dux eorum erat, Thebanorum *Epaminondas*. H.

P. 43. Σπαρτιατῶν ἔμειόνων] De Spartanorum (inquit *Hutch.*) in *Leuëtricâ* pugnâ cæſorum numero multa variant Auctores. *Dionys. Hal.* tradit Lacedæmonios *mille tantum ἔς septingentos* amiffisse: *Pausan.* lib. 9. c. 13. - extremo, & *Aristid.* T. 1. p. 411. *plures quàm mille*: *Plutarch.* in *Agefil.* p. 612. *mille tantum*: *Diodor. Sic.* l. 15. p. 371. non pauciores quàm *quater mille*. Huic potiffimùm fidem habendam eſſe docent, quæ *Xenophon* hoc in loco prodidit.

Ibid. Ατέρισον ἔσαν.] Urbem hanc multos annos ἀτέρισον manfiſſe plurimi docent auctores. Secundum *Plutarchum* hoc institutum fuit *Lycurgi*. Legislator (inquit *Crag.*) vetando urbem muris circumdari, in primis virtutem animis accendere voluit. Hæc enim potiùs fidendum cenſuit quàm muris & foſſis. Deindè voluit etiam Legislator hanc legem conſtituens, nè ex aris & focis *Spartani* contra hoſtes dimicarent; ſed ut arma potiùs extra fines ſuæ regionis efferrent. *Lacedæmonii* ut ignavos deſpiciebant eos, qui muris civitates cinxerunt. *Ageſilaus* monſtrante ei quodam urbis alicujus muros validè extructos, & quærente pulchros nè eos judicaret? Reſpondit: *Ita per Deos, inquit, ſed non ut viri, verùm ut mulieres intùs habitent*. Meminit hujus inſtituti *Epiëtetus* apud *Stob.* ubi hæc præclara ejus extat ſententia: εἰ θέλεις τὴν οἰκίαν εὖ οἰκῆσθαι μίμου τὸν Σπαρτιάτην Λυκούργον. Ον γὰρ τρόπον ἔτος οὐ τέλει τὴν πόλιν ἔφραξεν, ἀλλ' ἀρετῇ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀχύρωσε, καὶ ἀπαντὸς ἐτήρησεν ἐλευθέρων τὴν πόλιν· ἔτω καὶ σὺ μὴ μεγάλην αὐλήν περιῖθαλλε, ἢ πύργους ὑψηλὰς ἀνίστα, ἀλλὰ τὰς ἐνοικοῦντας εὐνοίᾳ καὶ πίσει, καὶ φιλίᾳ σῆριζε, ἢ οὐδὲν εἰς αὐτὴν ἐσελεύσεται βλαπτικόν, ἔδ' ἂν τὸ σὺμπαν τῆς κακίας παρατάξῃται εἰφῶ. Vide *Crag.* de *Repub. Laced.* p. 203. ubi plura petenda ſunt: & *C. Nep.* in *Agefil.* c. 6.

Ibid. Εἰς μὲν τὸ πλάτυ] *Supple* χωρίον.

P. 44. Χρημάτων δὲ ἰώρα] *C. Nep.* c. 7. *Interim* *Ageſilaus* non deſtitit, quibuſcunque rebus poſſet, patriam juvare. Nam cùm præcipuè *Lacedæmonii* indigerent pecuniâ, ille omnibus, qui à rege defecerant, præſidio fuit: à quibus magnâ donatus pecuniâ, patriam ſublevavit.

Ibid. Αὐτοφραδάτης] *Autophradatis*, *Lydiæ* fatrapæ meminit *Diodor. Sic.* lib. 15. p. 398. & ibidem, *Ariobarzanis*, *Phrygiæ* fatrapæ; necnon *Mausoli*, *Cariæ* principis. H.

Ibid. Κότυς δ' αὖ Σησὸν] *Κότυς* Noſtro, *Hiſt. Gr.* lib. 4. ineunte, dicitur βασιλεύων πολλῆς χώρας καὶ δυνάμεως: *Plutarcho* in *Agefil.* p. 601. βασιλεὺς τῶν Παφλαγγῶν. *Steph. Byz.* Σησὸς, πόλις πρὸς τῇ Προποντίδι. H. Ibid.

Ibid. Καὶ οὗτος] Vox hæc (inquit *Hutch.*) vim simul & elegantiam sermoni Græco conciliat. Parem ille efficit dicendi venustatem apud *Virgil. Æn.* 5. v. 457.

Nunc dextrâ ingeminans ietus, nunc ille sinistrâ.

Ibid. Πολιορκίαν ἀπηλλάγη] Πολιορκία apud optimos scriptores dicitur de *obsidione*, qualis ferè esse solet, quæ morâ & tractu temporis peragitur. Passim etiam additur apud *Herod. Thucyd. &c.* verbo πολιορκεῖν participium προσκαθεζόμενος, quando significare volunt, *aliquem diutiùs obsidere urbem, & quasi assidere ei.* Vide *Horr. Observ. Crit.* p. 509.

P. 46. Αἰγυπτίων βασιλεία] *C. Nep.* in *Agefil.* c. 8. — *cum annorum octaginta, subsidio Thaco in Ægyptum ivisset, &c.*

P. 47. Τῆς Φοινίκης] Supple πόλιν, quod deest etiam *Αἴ.* c. 22. v. 3. ἐν Ταρσῶ (scil. πόλιν) τῆς Κιλικίας.

Ibid. Διοσῆς βασιλείας] Scil. *Neftanabum*, & alterum, ex urbe Ægypti, quæ *Mendes* dicebatur. *Neftanabo* se adjunxit *Agefilaus*, uti testantur *Plutarch. T. I.* p. 617. & *C. Nep.* c. 8. Pergravitèr autem *Agefilaum* reprehendit *Plutarch.* quòd à *Thaco* in *Neftanabi* partes transierat. *H.*

Ibid. Χρήματα ποικῶ] *Hic* (*Agefilaus*) *cum ex Ægypto reverteretur, donatus à rege Neftanabe ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret; &c.* *C. Nep.* in *Agefil.* c. 8.

Ibid. Μὴ ἀργῆς &c.] *Scil.* proptereà quòd pecuniis indigeret. *Hutch.*

P. 50. Δύναμιν ἐνεχέρισε.] *Leunclavius* rectè de δωρόμει χρημάτων vocem accepit. Secundum *Hutch.* forsan de *Satellitio* sumi possit.

Ibid. Δεξιὸν πέμπουσι, &c.] *K. A.* p. 145. δεξιὸς ἔνιοι παρὰ βασιλείως φέροντες — *nonnullis etiam fidem à rege datam adferentibus.* *K. Π.* l. 4. πιστὴ πόλησον, καὶ δεξιὸν δὸς &c. ad quem locum doctiss. *Hutch.* Dextrâ nempè alteri aut præsenti aut per internuntium datâ, fidem obstringere solebant *Persarum* reges; eratque hoc apud eos sanctissimum fidei pignus. Sed, aliis quoque gentibus hunc fidem dandi accipiendique morem observatum fuisse, neminem ferè latet.

P. 52. Πιστὸν εἶναι] — *Multò optimus ille Militiæ, cui postremum est primumque tueri Inter bella fidem: — Sil. Ital. l. 14. v. 169.*

P. 53. Χάριτας] *Suidâ* exponente — πρῶς, εὐεργισίας. *H.*

P. 54. Μισθοῦ] Cum quo intellige ἀντὶ, ὑπὲρ vel ἔνεχα. Vide *K. A.* p. 231. Καὶ τῶν (scil. ἀντὶ) τῶ μὲν &c. ad quem locum *Cel. Editor* — Harum præpositionum ellipsis auctorum interpretes grammaticosque passim latuisse videtur. — *Αἴ.* c. 7. v. 16. πρῆς ἀργείας ponitur pro ἀντὶ πρῆς &c.

Ibid.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

tempestivitatē, quàm ad non servatum modum respicitur: præsertim cùm ὑπὲρ καίρων ἐμπίπλασθαι dicunt. Adde sis verba Doctiss. *Hutchinsoni* — Pro voce *λαίμαργίας* ex *Athenæo* huc, opinor, revocanda est *μανίας*. *Insaniam* utique ab *ebrietate* oriri passim tradunt auctores. Cùm itaque ebrietati *insania*, tanquam effectum causæ, tribuatur, rectè statuit *Agésilæus* illam omnibus vitandam esse, qui in hanc incidere noluerint.

Ibid. *Διμυρίων*] Vide sis Nostrum in *Λακεδ. Πολ.* cap. 15.

P. 58. *Φύσις*] Similiter Latini *naturam* adhibent, pro *adfectione animi*, seu *voluntatis inclinatione naturali* & in hominibus *instâ*. *H.*

Ibid. *Διαμάχεσθαι* &c.] *Agésilæus* (inquit *Crag.* de *Repub. Laced.*) osculum sui amasii declinabat, addens vocem *Rege* prorsus dignam: *malle se vincere cupiditates, quàm populosissimam hostium repugnantium urbem capere.*

Ibid. *Μανικόν*;) Latinis itidem *insanum* est nonnunquam *magnum*. *Virgil. Æn.* 1. 2. v. 776.

Quid tantum insano juvat indulgere dolori,

O dulcis conjux? Ubi Servius: Insano, magno. H.

P. 59. *Μάχεσθαι* — *μάχην*] Forma dicendi elegans atque emphatica, quâ etiam utuntur sacri Scriptores. *Luc.* c. 2. v. 8. *φυλάσσοντες φυλακῆς.*

Ibid. *Ομνυμι πάντας τοὺς θεῶς*] Eâdem ellipsi utuntur Latini. *Virgil. Æn.* 1. 12. 197.

Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sidera juro.

Ubi Servius hæc: Et ornatior elocutio, & crebra apud majores, quàm si velis addere præpositionem; ut dicas, *juro per maria, per &c. H.*

P. 62. *Ἀλλ' ὅσα ἐπρατεύσατο,*] I. e. ὅσα ἐν ταῖς στρατείαις, vel *στρατευόμενος*, ἐπραξέ. Eum, utique, ex sententiâ auctoris, in omnibus, in quas exercitum eduxerat, expeditionibus se præbuit *Agésilæus*, qui publica quædam virtutis suæ testimonia promeruerit. *H.*

Ibid. *Στεφανῶσι.*] Scil. ἀγωνοθέται seu ἀθλοθέται, vel, iis jubentibus, *κήρυκες*. *Ubi* scilicet non exstante ullo antagonistâ; qui posset coronæ controversiam facere, ad illum, qui se certamini pentathli potissimum obtulerat, & *sine pulvere* victor à præcone renuntiatus fuerat, haud dubiè pertinebat. *H. Horat. lib. I. Epist. I. v. 49.*

Quis circum pagos & circum compita pugnat

Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,

Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ.

P. 63. *Πειθόμενος ἑτέροις* &c.] *Hutchin.* existimat, quòd hîc respicit auctor obsequium, quod magistratibus *Spartanis*, ex Asiâ cum revocantibus, præstitit *Agésilæus*.

P. 66. Σῶμα, &c.] *Atque hic tantus vir, ut naturam faultricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo. Nam ἔ' staturâ fuit humili, ἔ' corpore exiguo, ἔ' claudus altero pede. C. Nep. in Agesil. c. 8.*

P. 69. Ενδιδῶτο &c.] *C. Nep. in Agesil. c. 5. Idem (Agesilaus) cùm adversarios intra mœnia compulisset, ἔ' ut Corinthum oppugnaret, multi hortarentur; negavit id suæ virtuti convenire; "se enim eum esse, dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Græciæ."*

P. 73. Βασιλείως] *Persarum, κατ' ἐξοχήν.*

P. 75. Αριστόδημος ὁ Ηρακλέους, &c.] *Falluntur interpretes, qui Aristodemum hunc Herculis filium adpellent. Hercules utique Hyllum genuit; Hyllus, Cleodæum; Cleodæus, Aristomachum; hic, Aristodemum. H.*

P. 76. Πολιτικῆ κανάθρα] *Ejusmodi, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, (inquit Cel. Hutch.) canathrum vult, quo πολῖται quilibet, etiamsi fuerint privati, vehi solebant. Adde sis quæ ex aliis Scriptoribus conficit Vir doctiss. Apud Athen. 1. 4. c. 6. legimus Πολέμων δὲ ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶνι κανάθρα &c. Scias autem (verba sunt eruditiss. Casauboni) obscurum fuisse antiquis criticis Xenophontis hunc locum; quando Polemon vocis κανάθρα interpretationem integro commentario erat persequutus. Athenæus paulò post (cap. 7.) ex Didymo Grammatico κανάθρον interpretatur καμαρωτὸν ξύλινον ἄρμα, i. e. currum ligneum fornicatum. Homeri interpretes nihil aliud esse volunt, nisi quem Homerus πείριθρα & ὑπερτερίην vocat; (vide II. ω. 190.) Latini veteres ploxemum, aut potiùs sirpiculum: hoc enim è vitili materiâ constabat, ut & canathrum, ex eorum sententiâ, qui πλέγμα & ψίαθρον exposuerunt. Athen. 1. 4. c. 6. innuit Polemonem de canathro Xenophonteo commentarium scripsisse.*

Ibid. Κατήει εἰς Αμύκλας.] *Urbs fuit Peloponnesi, Lacedæmoni sic vicina, ut pars ejus à quibusdam habitata sit. Ibi festum Hyacinthiorum celebrabant Lacones, & dum agebatur, moris fuisse ἐπὶ κανάθρου πομπεύειν, scribit Athen. 1. 4. c. 7. H. A Cicerone tacitæ dicuntur Amyclæ: & Virgil. Æn. 10. v. 564. — Tacitis regnavit Amyclis. ad quem locum vide sis Ruæum.*

P. 80. Μεγαλόγνωμον] *Hic loci vox denotat τὴν μεγαλογνωμοσύνην, seu virtutem ejus viri, qui ingenio suo, seu prudentiâ (utì Steph. ad. v.) ad res magnas gerendas utatur. H.*

Ibid. Αρματοτροφῆν] *Vide sis Indicem.*

P. 83. Θάνατῳ ὡραῖος;] *Philelpho interprete, speciosa mors? Leuncl. mors decora? Fateor eam haud rarò vocis ὡραῖος esse notionem: quæ tamen huc minùs quadrare videtur. Indicat utique, γνώμην ἐμὴν, non quomodo, sed quando mortuus est Agesilaus; ætate scil. maturâ. H.*

P. 85. Ὑπερφρονεῖ] Huic verbo opponitur τὸ σωφρονεῖν, quod est *verè modestèque sentire*. Utitur hoc verbo *Herodotus* — Πλούτως ὑπερφρονέεσσι. *Divitiis tumentes*. Vide sis doctiss. *Raphel*. ad *Rom.* c. 12. v. 3.

P. 86. Ποκεῖ] Intransitiva significatio verbi hujus non infrequens est etiam disertissimis auctoribus. Vide *Raphel*. ad *Act.* c. 24. v. 16. ubi de hoc verbo plura adlata sunt.

Ibid. Χρησθαι] Sic ferè *uti* adhibent Latini, pro *consuetudinem cum aliquo*, seu *commercium habere*. H.

P. 88. Δεισιδαίμων] Vocabulum est μέσον, atque adeò nunc *laudi* est, nunc *vitio*. Hoc autem loco partem in meliorem accipienda vox est. H.

Ibid. Οὐπω εὐδαίμωνας] ——— Scilicet, *ultima semper Exspectanda dies homini: dicique beatus*

Ante obitum nemo supremaque funera debet. Ovid. *Met.*

P. 90. Ἀμφὶ τὸ σῶμα φαυλότητι] Vestis (*Lacedæmoniis*) omnibus vilis erat, ac tantum quæ extremum frigus depelleret, non quæ corpori ornatum adderet. Ac tali quidem veste *Agefilaus* Rex induebatur, quo nomine derisus ab *Ægyptiis* & aliis. Vide sis *Crag.* de *Laced. Repub.* p. 251. & *C. Nep.* in *Agefil.* c. 8.

P. 93. Τέλεισθηκώς] Hic (*Agefilaus*) cùm ex *Ægypto* reverteretur, donatus à rege *Neftanebe* ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret; venissetque in portum, qui *Menelai* vocatur, jacens inter *Cyrenas* & *Ægyptum*, in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quò *Spartam* faciliùs perferre possent, quòd mel non habebant, cerâ circumfuderunt, atque ita domum retulerunt. *Cor. Nep.* in *Agefil.* c. 8.

Ibid. Οἴκησιν κρητηγάγετο] En sententiam Christiano nomine prorsùs dignam!

P. 94. ΧΕΝΟΦ. Ἰέρων] In hoc opere *Simonides* privati vitam explicat, & ejus commoda, aut incommoda; *Hiero* vicissim exponit vitam *Tyranni*, & molestias, atque incòmoda, quæ eam comitantur. In exponendis autem commodis, & incommodis, molestiis, & voluptatibus, quæ ab homine percipiuntur, secutus est *Xenophon* divisionis methodum: partitus est hominem in animam, & corpus; in eas scilicet partes, ex quibus constat: Corpus deindè partitus est in eas partes, quibus voluptates, aut molestiæ percipiuntur, in quinque videlicet *Sensus*; visum, qui ad oculos; auditum, qui ad aures; odoratum, qui ad nares; gustatum, qui ad palatum; & tactum, qui ad totum corpus pertinet; quæ voluptates, quæ molestiæ homines consequantur, indè docet. Ita tamen ut *Simonides* anteponat vitæ privatæ vitam regum, quam dicit majores voluptates per singulos istos sensus percipere; *Hiero* contrà vitam privatam vitæ regum anteponat, & minùs miseram esse asserat. Hoc artificio, ac dispositione utitur *Xenophon*. Orditur



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

P. 98. Σχεπένται ἐπὶ αὐτῶ.] Antecedens pro consequenti. *ἐπὶ αὐτῶ ἔργα, ἢ τὸ πρῶτον.* P.

P. 99. Κοινὰς πανηγύρεις] *Hebr. c. 12. v. 23. πανηγύρεις καὶ ἐκκλησίαι.* Ad quem locum hæc doctiss. *Raphelius: πανήγυρις, ἐκ πάντων & ἀγῶν, cætus, multitudo congregata,* significat conventum publicum, lætum ac celebrem, qualis erat, cùm ad diem festum, vel ludos solennes, vel mercatum frequens undique populus conveniebat. Exempla ubivis obvia sunt. *Herod. lib. 2. Πανηγυρίζουσι τῷ Αἰγύπτιοι ὅσην ἄπειξ τῶ ἐνιαυτῶ, πανηγύρειας τῷ συχναίς· μάλιστα μὲν τῆς Θεσσαλονίκης εἰς βέβαιον πόλιν, τῆς Αἰγύπτου.*

Ibid. Ἀμοφὶ θεωρίας ἔχουσιν.] *ἔχειν ἀμοφίη est, dare operam alicui rei.*

Ibid. Τὰ οἴκῳ] *Scil. Regnum.*

Ibid. Παρακαταθήκῳ] I. e. Regno concedito fidei alicujus, & quasi in Deposito tradito. P. Vide Nostrum in *Agessil. p. 54.*

P. 103. Ἡ ψυχὴ πρῶτον] *Scil. sine satietate & fastidio admittit.*

P. 104. Ὄξια] *Jam acida: aliàs ὄξυ, γλυκύ.*

Ibid. Ἀδελφά;] *Μεταφορικῶς: i. e. similia.*

P. 105. Σοφισμάτων] *Μεταφορικῶς: fucatis, non veris, & genuinis saporibus.* P.

Ibid. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη ὁ Σιμωνίδης] Hic transit ad *Odores: At verò (inquit Simonides) ex illis pretiosis unguentis, quibus unguimini, vestros familiares plus voluptatis, quàm vos ipsos percipere existimo, perindè atque odores ingratos qui edit, ipse non sentit, sed qui accedunt propiàs, hi sentiunt. A contrariis rem confirmat.* P.

Ibid. Αἷς χεῖροσ] De hisce unguentis hæc *Cicero* — Ad quos sensus capiendos & perfruendos, plures etiam, quàm vellem, artes repertæ sunt: perspicuum est enim, quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint. *De N. D. lib. 2.*

P. 108. Σιμωνίδης ἐπιγελάσας] Hic *Simonides* voluit Regem refutare, sed remotâ acerbitate objurgationis, quam ob nefandum *Παιδερασίας* crimen meruit *Hiero*; itaque ait, *ἐπιγελάσας: ridens illudit.*

Ibid. Οὐ τῶ ἐτοίμῳ &c.] Hic speciosis verbis tegitur res foedissima, homines scilicet ambitiosi & impii hanc rationem commenti fuerant, ut suam turpitudinem honestâ istâ præscriptione occultarent. P. Hic liceat exclamare cum *Pœtâ* —

————— *Per magnos, Brute, Deos te*

Oro, qui Reges consueti tollere, cur non

Hunc Regem jugulas? Operum hoc, mihi crede, tuorum est.

P. 111. Δοκίμων ἀνδρῶν] *Qui sunt spectatæ virtutis.*

P. 112. Πλήθει καὶ ἐπισήμασι ἀείτους] *Et plurimos & peritissimos. Aείτους non servit πλήθει. P.*

Ibid. Πλήθος τῶν ἀνθρώπων] Πλήθος non *numerum* tantum notat, sed etiam quod consequitur *numerum*, i. e. *imperitiam*: plerique enim imperiti sunt. P.

Ibid. Δοξάζειν] *Opinari, conijcere.* Aliter in sacris literis: καὶ ἐδόξαζον τὸν θεόν.

P. 113. Περὶ τέττα λεληθέναι] Λαυθάγειν τινὰ ὡς τινος, *aliquid aliquem latere*, id est, aliquid ab aliquo ignorari.

P. 115. Ἰσασιν ὄντες.] Ἀντὶ τῆς, ἑαυτῶς ἴσασιν εἶνασ. Hoc loquendi genus & *Virgil.* imitatus est, *Æn.* 2. 377. de *Androgeo* verba facit:

———— *Extemplo (neque enim responsa dabantur*

Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.

Ruæus: Delapsus pro se delapsum esse. Sic etiam Catul. Ait fuisse navium celerrimus &c.

P. 117. Τὸ πόλιν νικᾶν.] Pro τὸ πολὺ νικᾶν, quod vitiosum est, restituendum aio, τὸ πόλιν νικᾶν. Sic enim in contrariam sententiam ante versus novem decemque locutus est, αἱ πόλεις ὅταν κερδήσωσι: de quo ipso mendam his deprehenditur inesse. L.

P. 118. Ἀΐξει ὅλην τὴν πόλιν] *Leucclavius* legendum ait αὔξει. Rationes probabiles, quas affert, ut suam emendationem tueatur, in ipsius notis vide. Vulgatam lectionem non ineptè retinere possumus, ut αΐξει sumatur pro *reget, gubernabit.* Sensus hinc optimus elicitur — Tyrannus, qui suos cives interficit, civitatem integram à se non ampliùs rectum, sive gubernatum iri scit: scit etiam se paucioribus imperaturum. Cur autem ille civitatem integram non ampliùs reget? Quia de civibus multos interfecit, quibus cæsis factum est, ut paucioribus in posterum sit imperaturus. In his enim verbis, ἐπίσταται ὅτι μειόνων ἀΐξει, quædam illorum verborum præcedentium, ὅτι αΐξει ὅλην τὴν πόλιν, interpretatio videtur esse. Quòd autem αΐγειν pro *regere & gubernare* sumatur, hoc minimè novum. Nam & *Thucyd.* lib. 1. τὴν πολιτείαν αΐγειν sumit pro *republicam regere, gubernare.* *Pindarus* etiam eodem significatu sæpiùs hoc usurpat. *Olymp.* Od. 8. Ἀπήμαντον ἄγων βίρτον, i. e. *vitam malorum expertem regens.* Lector sequatur eam sententiam, quam meliorem esse cognorit. P.

P. 119. Πρῶτον μὲν, εἰ μέγα &c.] *Primum, an magnum amicitia bonum sit hominibus consideremus.* Hoc primum vult constitutere, ut demonstraret reges miseros esse, qui tanto bono careant: & probat magnum bonum esse amicitiam ab enumeratione commodorum, & voluptatum, quæ consequuntur eos, qui amantur.

Ibid. Οὐ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις] *Judicio publico probat privatas amicitias: Licebat impunè interficere adulterum plerisque in civitatibus in ipso adulterio deprehensum. Extat de eâ re luculentissima*

culentissimâ oratio *Lysiae* de *Eratosthene* interfecto. Et erat lex in eos constituta, qui torum alterius violâssent: hinc probat *Hiero* publico civitatis judicio amicitiam maximum esse bonum; nam nisi esset tale, dicit capitis pœnam civitates nunquam proposituras fuisse iis, qui amicitiam conjugii violâssent. *P.* Sic cecinit Poeta;

————— *Ponere leges,*

Ne quis fur esset, neu latro, neu quis Adulter. *Hor.* S. lib. 1.

P. 120. Λυμαντήρας] Λυμάνεισθαι non tantùm significat, *hostiliter perdere*, aut *devastare*, ut *Act.* c. 8. v. 3. Ελυμάνετο τὴν Ἐκκλησίαν: sed etiam, ut in hoc loco, *blanditiis* ἔ pecuniâ *corrumpere*, atque ad suas partes quovis modo allicere. *Plutarch.* assentatores & parasitos dicit, τῆς νεότητος ἀνατροπέας καὶ λυμεῶνας, *Juventutis eversores* ἔ *corruptores*.

P. 121. Παῖδας ἑαυτῶν ἀπεκθρόνους] Ut alia exempla omittam, (inquit *Portus*) quæ multa sunt, nostris temporibus immanissimus *Turcarum* rex, filium adolescentem, spectatæ virtutis, eximiae spei, trucidari jussit. Nonnulli habent ἀπεκθρονηγέτας, ab ἀποκλονέω, ὦ. ἀποκτονήσω, quod ποιητικώτερον. Alii, ἀπεκθρόνους ab ἀπεκλείνω, cujus præteritum perfectum medium est ἀπέκτονα. *P.*

Ibid. Πολλὲς ἀδελφές] *Eteocles* & *Polynices*.

Ibid. Πολλὲς καὶ ὑπὸ παίδων &c.] *Dionysius* tyrannus nec uxori nec liberis confidebat. In hoc loco Noster virtutis excellentiam ostendit, ex eo quòd illâ carere fit miserrimum.

Ibid. Ὑπὸ γυναικῶν] *Alexander Phæreus* à *Thebe* uxore. Sic ferè *Hor.* Sat. 1. v. 84.

Non uxor saluum te vult, non filius; omnes

Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.

P. 123. Οὔτε ποτοῖς πιεσέων] *Timida*, (inquit *Cicero*) *naturâ sui est Improbitas*, suo ipsius testimonio convicta.

Ibid. Απογεύεσθαι] Reges quippè luçtuosi majorum quorundam exitus à venenis sibi metuere monuerunt. Atque *Persas* primos instituisse, ut ministri cibos prægustarent, *Suidas* tradit ad *Ἐδέατρος*, quod (inquit is) est ὄνομα Ἑλληνικόν· ἢ ἡ χρέια Περσική· ἢ ἡ ἀπογεύσεως τὸ πρῶτον, καὶ ἀποθήσειεν τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. Vide sis *Cel. Hutch.* ad *K. Π.* lib. 1.

Ibid. Τῷ μαιφόνῳ μηδὲ &c.] Pro polluto eum olim apud omnes ferè gentes habitum fuisse, qui cum gravioris alicujus criminis reo ac præsertim cum homicidâ sub eodem tecto degeret, cibumve caperet, varia ubique extant testimonia. Vide sis *Forster.* ad *Platon.* *Dialog.* p. 327. & conf. auctores à *Viro doctiss.* citatós.

P. 126. Οὐ γὰρ τῷ ἀειθμῷ] Sic *Aristoteles*: Ολως δὲ τὸ πλουτεῖν ἐστὶ ἐν τῷ χρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι.

P. 128. Γινώσκουσι &c.] Similiter *Pers.* Sat. 3. v. 35.

Magne Pater Divûm, sævos punire tyrannos

Haud aliâ ratione velis, cùm dira libido

Moverit



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

Ibid. Τῶν βοσκημάτων. Ἀγαφέροντες] Hoc verbum cum genitivo habet significationem discriminis excellentis. *D. Matth. c. 10. v. 31.* Πολλῶν πνευμάτων ἀγαφέρετε. Verùm innumera sunt hujus significationis exempla.

P. 144. Π ὅσας κατέκτανε, &c.] “Vel quî tot animas vicissim letho offerat, quot ipse extinxit.” Hic est verus sensus. P.

Ibid. Ἀπάγξασθ] Celeberrimus *Perizonius* in dissertat. *de morte Judæ*, Ἐ verbo ἀπάγξασθαι, exemplis demonstrat, hoc Verbum non tantùm de violentiâ per laqueum in collo factâ, verùm etiam de animi dolore adhiberi. Ut apud Latinos:

—— *Strangulat inclusus dolor.* Ovid.

*Sed plures nimiâ congesta pecunia curâ
Strangulat.* Juvenal.

Non negare tamen potest vir eruditus, quòd sæpissimè apud veteres *suspendium* denotat. Lege sis quæ congeffit de sensu hujus vocis *Cel. Raphel.* in Annot. Philol. T. 1. p. 342.

P. 145. Καὶ ὁ Σιμωνίδης &c.] Huc usque visus est *Simonides* victus, ac refutatus ab *Hierone* fuisse, quasi *Hiero* causam obtinuerit, ac demonstrarit, “regnum non esse expetendum.” Jam *Simonides* in calce operis explicat suam vim, & sapientiam, & demonstrat, “regnum non esse fugiendum, modò is, qui regnat, eo sciat uti.” P.

Ibid. Ἀθύμως ἔχειν] Ἀθύμως ἔχειν πρὸς τι est, *desperare de aliqua re, animum alicujus à re aliquâ abhorrere.* P.

Ibid. Τῆς ιδιωτείας] Pro τῶν ιδιωτῶν. *Steph.*

P. 147. Τῆτον θεώμεθα &c.] Videtur *Xenophon* ad illud *Homeri* carmen alludere, quod *Odyss. 9. v. 65.* extat.

Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστρ, θεὸν ὡς εἰσερχόωσι. P.

P. 149. Ραδισργῆσιν] Ραδισργῆν est, *lentè ἔσ lauguidè administrare aliquid.*

Ibid. Φόρημα] Nisi fallor, Φόρημα jam nihil aliud significat, quàm *onus*, quod fertur atque gestatur. Qui locum attentè perpendet, & verbum illud βαρύτερον, quod propriè de gravibus oneribus dicitur, non damnabit nostram conjecturam. Sic autem ista sunt intelligenda, τέττε, τῆς τῶν μισθοφόρων φυλακῆς, ἢ παρουσίας. Cur hoc? Cives enim, qui tyranno parent, ægrè ferunt, quòd peregrinum militem, à tyranno mercede conductum, suis ipsi sumptibus alere cogantur, idque in tyranni gratiam, ut ab eo faciliùs tyrannicè tractentur. Quòd autem hos milites suis sumptibus alant, *Xenophon* apertè docet p. 158. Ubi de civibus dicit —— Πῶς ὅτι ἀνάγκη ἢ δαπανᾶν εἰς τούτους ἡδίστα; Per τέττε verò τῆς δουροφόρας, tyranni *satellites* & *milites mercenarios* intelligit. Hoc igitur est *illud onus*, quo nullum aliud gravius cives esse ducunt. Sequentia nostram conjecturam confirmant, undè patet varias lectiones ad marginem hîc notatas ad rem præsentem non facere.

cere: Sensus enim nimiùm coactus, & à *Xenophontis* mente remotior ex istis lectionibus elici videtur. P.

P. 150. Ενδεῶς &c.] Ενδεῶς τι ποιῆν est, *segniùs administrare aliquid, languidiùs facere.* P.

Ibid. Λοιδόρειν τε, &c.] Optimè *Juven.* Sat. 8.

Expectata diù tandem provincia cùm te

Reētozem accipiet, pone iræ fræna modumque,

Pone & avaritiæ; miserere inorum sociorum.

P. 151. Καὶ ἄλλοις] Scil. τοῖς χροδιδικασκάλοις.

P. 152. Λόχος] Λόχος, octo, aliquando decem, interdum duodecim, nonnunquam etiam sexdecim militibus constabat. Ita ferè *Æli.* c. 4. & *Arri.* p. 18. quorum uterque in ultimo acquiescit numero. At juxta *Xenophontem* ipsum, κ. Π. lib. 6. λόχῳ ἢ ἑκατὸς ἑκασιτίσασαρες. Interdum dicitur εἶχος. H.

P. 154. Συνελόντι ἐπῆν] Συνελόντι: dativus absolutus.

P. 157. Ἐφόδης] *IncurSIONES clandestinas, & repentinas.*

Ibid. Τέτρε γδ' ᾠροπονῆν] Duplici sensu verbum ᾠροπονῆν apud Nostrum occurrit. *Memorab.* lib. 4. τὰ προπεπονημένα denotat studia priùs culta, quæ antea labore acquisita sunt. Hic ᾠροπονῆν est, pro aliis labores subire. Quo etiam sensu accipi debet, κ. Α. lib. 3. ᾠροπουλεύειν τούτων καὶ ᾠροπονῆν. Ubi lege quæ notavit Cel. Editor.

P. 161. Ἀπὸ πολλῶν οἴκων &c.] *Detrahere aliquid alteri atque hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor. Nam principio tollit convictum humanum & societatem.* *Cicer.* de *Offic.* lib. 3.

Ibid. Εὖ ἔση νικῶν] *Leunclavius* legendum ait εὖ ἴδι νικῶν, quòd Græcè non dicatur εὖ εἰμί. Quamvis autem hoc non sit ab usu nimis remotum, tamen illud hic observandum τὸ εὖ, non cum verbo ἔση, sed cum participio νικῶν esse conjungendum. Quid autem aliud significat, ἔση νικῶν, quàm νικήσεις, eris vincens, eris victor, vinces? An hoc novum? minimè gentium. Quarè nec ullis eget probationibus. Horum autem verborum hæc est sententia — *Benè, præclarè vinces.* Quomodo? subjicitur, τὴν καλίστην &c. *Præclaram victoriam adipisceris.* Quâ ratione? *Eo certaminis genere, quod inter homines est pulcherrimum & magnificentissimum.* Sic igitur vulgatam lectionem commodè retineri posse constat. Æ. P.

P. 163. Πειρᾶν] Significat *interpellare, sollicitare de stupro;* & de re venereâ dicitur apud *Aristoph.* in *Pluto*: πειρᾶ μὲν οὖν ἴσως σὲ, &c.

P. 166. Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας &c.] Exordii forma, Ἀλλ' ἐγὼ &c. quæ videtur aliquibus abrupta, non insolens est *Xenophonti*; qui sic & *Symposium* suum incipit, ἄλλ' ἐμοὶ δοκεῖ &c. Et ex hoc ipso patet initio

initio scriptum hoc esse *Xenophonticum*; contra iudicium *Demetrii* cujusdam *Magnesi*, negantis ineptè *Xenophonti* tribuenda, quæ nemo non ex verbis & sententiis pro *Xenophonticis* agnoscit. L.

Ibid. Σπάρτη — δυνατοτάτη ἐν τῇ Ἑλλάδι] *Sparta* (inquit *Cragius*) meritò omnium princeps urbs mansit, & præ reliquis eminuit. Ejus auctor vel conditor *Lacedæmon* rex fuisse perhibetur, qui dictam, voluit *Spartam* ab uxore *Spartâ* Eurotæ Regis filiâ. *Lacedæmonis* autem nomine *Sparta* ipsa audit aliquando. Est enim apud *Thucyd.* lib. I. πόλις Λακεδαιμόνων. Quod & Latini observarunt, ut apud *Livium* lib. 38. *Urbs Lacedæmon*. In gentilibus hinc deductis vix invenire est alium usum, quàm quòd *Spartani* dicti sunt, qui urbem incoluerint: *Lacedæmonii* autem, qui regionem passim inhabitârint. Sic *Diod.* lib. II. τῶν μὲν ἐν Λακεδαιμονίῳ ἦσαν χίλιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιάται τετρακῆσιοι. De potentiâ & gloriâ *Lacedæmoniorum* hæc doctiff. *Tourell.* ad *Demosth.* *Philipp.* “*Lacedæmon*, potentissima *Peloponnesi* respublica, atque *Athenarum* æmula, Græciæ dominata est, ex quo tempore *Lysander*, *Lacedæmoniorum* imperator, bellum *Peloponnesiacum* terminavit, victâ apud *Ægos* flumen *Atheniensium* classe, & *Athenarum* muros diruit. Insulæ maris *Ægæi*, Græcorum in *Asiâ* coloniæ, tota denique Græcia *Lacedæmonios* aut defensores aut dominos agnovit, eoque progressa est ipsorum potentia, ut eorum rex *Agésilæus* minatus fuerit se regem *Persarum* in ipso regni capite obsessurum. *C. Nep.* in vitâ *Con. Diod.* I. II.” Vide sis *Nost.* in *Agésil.* c. I. ἡ πόλις (scil. *Sparta*) ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐνδοξοτάτη. &c.

Ibid. Θέντα αὐτοῖς τοὺς νόμους] Auctorem harum legum, *Lycurgum* fuisse *Lacedæmonium*, regiæ stirpis virum, *Euonomi* videlicet regis filium, nullus non veterum scriptorum, tam sacrorum, quàm profanorum, qui hujus meminerunt, agnoscit. Nam & reliqua *Reipub.* constitutio ei tribuitur; & νομοθεσία, seu legum ipsarum latio, in primis illius fuisse perhibetur. Ante eum verò regum arbitria pro legibus erant. Itaque sæpè motus, sæpè seditiones excitatæ, ut pessimè sit administrata *Respub.* quemadmodùm testatur *Herodotus*. Ac cùm in tali statu fluctuarent *Lacedæmonii*, ex peregrinatione accersitus est *Lycurgus*, ut *Rempub.* capefferet, regibus ipsis minimè adversantibus. Acquisierat enim jam permagnam sapientiæ gloriam, ita ut etiam oraculi *Delphici* testimonio, Deo gratus, Deusque hoc nomine sit declaratus. *Crag.* de R. L. p. 161. ubi vide quæ scripsit Vir eruditus.

P. 167. Ἀλλὰ καὶ ἐναντία &c.] *Lycurgi* leges ab omnium *Rerumpub.* legibus erant diversæ. Idem testatur *Plato* de Legibus, qui ait, *Lacedæmonios* & *Cretenses*, leges posuisse ab aliorum moribus prorsùs diversas. Hoc quidem singulare in hisce legibus, quòd non fuerint tabulis certis scriptæ seu comprehensæ, sed in animis ex
insti-



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

præfinitus conjugii. In fœminis autem minor, nec fortè citra vigesimum. Certè leges ad utrosque pertinuisse videntur: & auctores consentiunt, tum matrimonia *Lycurgum* suis concessisse, cùm corpora essent adulta, & ætate satis corroborata. Sed uti præfinitus annus erat, intra quem uxorem ducere non licebat: ita nec ad provecctam ætatem proferri poterat conjugium. Quare & *δίκη ὄψιζαμίς* erat, cujus etiam meminit *Pollux* & *Plutarchus*.

Ibid: *Νέαν ἔχειν*] Græcos Scriptores, tam sacros, quàm profanos, verbo *ἔχειν* de matrimonio uti satis constat à plurimis exemplis. *Herodot.* eandem vocem ter omninò in unâ eâdemque paginâ sic usurpat. (p. 378.) Ita etiam Noster κ. Π. lib. I. *Πρὸς Καμβύσην τὸν τὴν ἀδελφὴν ἔχοντα.* Simileque loquendi genus reperitur *D. Matth.* c. 14. v. 4. *ἔχειν αὐτήν, habere eam,* nempè in matrimonio.

P. 170. *Τεκνοποιήσασθαι.*] Hæc lex (verba sunt *Crag.*) in aliâ quâcunque Repub. videri posset absona vel absurda. Nam ipsa uxorum communicatio quasi quædam prostitutio, quam bonæ leges alibi poenâ afficiunt. Sed *Spartani* tamen ab hoc probro alieni, facilèque id institutum tolerabant, qui tantùm ab uxoribus prolem requirebant, non voluptatem. Quapropter etiam Reipub. causâ non recusabant uxores, quas ipsi imprægnare vel per ætatem, vel per invaletudinem non poterant, aliis tradere. Quod eò tolerabilius ipsis factu, quòd liberos non sibi ipsis, sed Reipub. procrearent. Nam huc institutum in primis pertinebat, ut civitas sobole amplificaretur. Quamvis videri potest etiam eò respexisse Legislator, ut cautiores cives suos redderet in elegendis uxoribus, nè videlicet eas ducerent, quas postea aliis tradere necesse esset. Ab hâc lege excipiebantur Reges, quorum uxores ab *Ephoris* custodiebantur.

P. 171. *Μουσικήν*] Tametsi studia humaniora aspernabantur reliqua Lacedæmonii: Artem *Musica* tamen non repudiabant. Erat autem *Musica* eorum præcipuè cithara & tibia, utraque modesta & severa, moribusque eorum consentanea, gravitatem cum venustate repræsentans: non levis aliqua, vel ludicra, aut aures voluptate demulcens. *Plutarchus* institutis *Læconicis* de *Musica* eorum loquens: *μόνα τὰ ἀπλῆστερα τῶν μελῶν ἐδοκίμαζον, simpliciores tantùm modulationes probabant.* Erat autem *Lesbia* ipsorum *Musica* ut plurimum, quòd ejusmodi cantiones & modulationes ab Oraculo ipsis fuissent commendatæ. Hæc *Cragius*. *Summam eruditionem* (auctore Cicerone *Tusc. disput.* 1. 2.) *Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus.* Igitur *Ἔ* *Epaminondas* — *Themistoclésque* — cùm in epulis recusaret lyram, habitus est indocior. Idem (*Orat.* 1. 3.) scribit, *Musici, qui erant quondam iidem poetæ.* *Quintil. Instit. Orat.* lib. 1. c. 8. *Quis ignorat musicen — tantum jam illis antiquis temporibus non studii modò, verùm*

rùm etiam venerationis habuisse, ut iidem musici, & vates & sapientes judicarentur? Et mox infrà: Timagenes auctor est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicen exstitisse.

P. 172. Παιδονόμος] *Pædonomi*, seu pueris instituendis & regendis præfecti, etiam publicum officium gerebant. Neque enim *Lacedæmonii*, ut reliqui Græci, mercenarios servos, ad pueros suos instituendos adhibebant; sed publici quidam erant horum magistri. Itaque *Hesychius* ait: παιδονόμος, ἀρχὴ πῆς παρὰ Λάκωσι. Legebantur hi magistratus ex optimis quibusque viris, & quorum essent spectati mores. Sic *Plutarchus*, παιδονόμος (inquit) ἐκ τῶν κηλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐτάττετο. Ac talis quidem *Pædonomus* unus summus fuit, cui tamen suberant ex ipsis pueris provectioribus lecti alii, tanquam inferiores *Pædonomi*, qui tot erant, quot puerorum ἀγέλαι seu *classes*. Nam cuique classi unus præficiebatur, qui visus callidior & animosior reliquis. Sic Noster infrà p. 178. τῆς ἴλης ἐκείνης τὸ πρῶτον τῶν ἀρρένων (fortè εἰρένων) ἀρχεῖν. Vide *Crag. de R. L. p. 150.*

P. 173. Πολλὴν δὲ παιδῶ] *Agésilæus* Xenophontem, quem secum habebat, ac studiosè tractabat, hortatus est, ut filios suos *Spartam* mitteret, ibique educari fineret, ut instituerentur omnium pulcherrimâ disciplinâ, imperandi & parendi. *Crag.*

Ibid. Ἀνυποδησία] *Calceis* (inquit *Crag.*) pueri non utebantur, quippè quòd non admodùm iis necessarii, qui in communibus contuberniis totos ferè dies consumebant. Itaque scribit *Plutarchus* assueferi *Lacedæmoniorum* pueros βαδίζεῖν ἀνυπεδήτους. Hic Noster reddit meliorem hujus instituti rationem.

Ibid. Ἐνὶ ἰματίῳ] Non tantùm pretium vestibus ademit Legislator; sed & certam formam modumque eis præscripsit, pro ratione ætatis. Nam vestem interiorem, seu tunicam, egressis annum ætatis duodecimum vetuit gestare. Supra hanc ætatem pallium cuique dari permisit, idque quotannis unum tantùm. *Plutarchus* vitâ *Lycurgi* — ἐν ἰματίον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες. *Justinus* quoque scribit, juvenibus non plus unâ veste uti toto anno permissum. Quòd autem hæc ipsa vestis tenuis fuerit, indicat *Hesychius*, à quo Χιτῶν Λακωνικῆς exponitur λεπτὴ ἐσθῆς. Voluit itaque Legislator hanc veste etiam domi condocere, ut imbres, pluvias, tempestates, nives & frigora tolerare possent, tenui semper uti veste domi assuefacti. *Crag. de R. L. p. 252.*

P. 174. Σῖτον &c.] Hic locus ex *Stobæi* Serm. 42. p. 286. sic emendandus est, Σῖτον γεμὴν ποσῦτον ἔχειν σιωβούλευεν ὡς ὑπὸ &c. Ἀργίαν, quæ ingluviem ejus quasi parentem sequitur, Spartanis odio fuisse docent *Ælian. H. V. l. 14. c. 7.* & Noster in *Λογ. εἰς Ἀγροίλ.* haud ita longè à fine. ubi consulas *Hutchinson.* Τὸ σῖτον genere neutro *cibum* significat, hic verò *panem*: addit enim paulò post ὄψον. P.

Ibid.

Ibid. Συμβλεύειν] Quia (inquit *Portus*) pueri in unum conferebant cibum, & in scholis, quemadmodum provectæ ætatis homines publicè faciebant in iis conviviiis, quæ σοσίπια, ἢ φιδίπια vocabant; de quibus vide infra p. 182. & 187.

Ibid. Επιφθύνει] Sensus hic est: Judicabat eos diutiùs famem toleraturos; μεταφορὰ à fidibus, vel funibus, qui laborant, dum acriùs intenduntur. P.

P. 175. Μηχανᾶσθαι] I. e. arte & ratione, ac solertiâ pararent.

Ibid. Κλωπεύειν] Ποιητικόν.

P. 176. Τὸ κλέπειν ἀγαθὸν] Hoc unum est inter absurdissima instituta, quod primo intuitu haberi poterit, nempe quòd *furari* pueros permiserit, atque ipsis impunè furtum esse, si non essent deprehensi. Nulli enim alii Reipub. (inquit *Crag*) ita impunitas furantibus proposita, uti Spartæ. Quod tum de quovis furto, tum præcipuè de Cibariorum accipiendum. *Gellius* lib. 11. c. 18. testatur furta omnia apud Lacedæmonios fuisse licita; & rationem deindè reddit — *Non pauci, inquit, neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum (Lacedæmoniorum) memorias condiderunt, jus atque usum fuisse furandi dicunt: idque à juventute eorum, non ob turpia lucra, neque ad sumptum libidini præbendum, comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinæque rei militaris factitatum. Quod & furandi solertia & adsuetudo acueret, firmaretque animos adolescentum; & ad insidiarum astus, & ad vigilandi tolerantiam, & obrepenti claritatem. Ita Spartæ furari non erat flagitium; inscitè autem & minùs cautè id aggredi, id verò cum periculo & damno conjunctum. Verbum κλέπειν venustè Græci de iis usurpant, qui clam, aliis nec opinantibus, quid agunt occupantve. Vide supra p. 64. Consultendus etiam Noster K. A. 1. 4. Νόμιμον ἄρα ὑμῖν ἔστιν, εἰάν ληφθῆτε κλέπτοντες, μασιγῶσθαι. νῦν ἔν μάλισσιν καίριος ἔστιν ἐπιδείξασθαι τὴν πειθείαν, καὶ φυλάττεσθαι μὲν τοι μὴ ληφθῶμεν κλέπτοντες τοῦ ὄρεος, ὡς μὴ ποικίλῃς πληγὰς λάσσωμεν. Ubi vide quæ notavit doctiss. Editor.*

Ibid. Ἀρπάσσειν τρεῖς] Rectè *Camerarius* scribendum ostendit, ἀρπάσσειν τρεῖς καλὸν θεῖς, παρ' Ὀρθίας (subintellige βαμῶ) μασιγῶν ἐπέταξι. Nam ciborum furto lege permissa, etiam *tritium* hoc nomine comprehensum fuisse, dubitari non debet; præsertim cum tritici furto ab eis auferri soliti, *Plutarchus* quoque meminerit; ac in tritico præcipuè sit λιμῶν ἐπιχούρεια, levamen famis, ut *Xenophon* loquitur. Quæ verò statim sequuntur — Τῆτο ἢ δηλώσσει, rectiùs existimem scribi, Τῆτό γε δηλώσσει: ac rursus — δηλῶσται δὲ ἐν τῆτω, ὅτι καὶ ὅπου τάχως δῆ, malim ita, δηλῶσται καὶ ἐν τῆτω, ὅτι ὅπου τάχως δῆ. L.

Ibid. Παρ' Ὀρθίας] *Orthia Diana* Spartæ colebatur in vico limneo: quod *Signum* ex Tauricâ in Græciâ *Orestes*, & *Iphigenia* creduntur transtulisse. *Pausan.* in *Lacon.* *Plutarchus* de hoc instituto

tuto



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

Ibid. Τῆ ὥρᾳ χερῶνται.] Raptus puerorum, quo *Cretenses* utebantur, nullam facit mentionem, puto, quia instituta *Cretensium* eadem ferè erant, atque *Lacedæmoniorum*. Imò *Lycurgus* in *Cretam* cùm venisset, inde *Spartam* leges *Cretensium* transtulit. Sed *Strabo* ea diligentissimè persequitur: qui volet locum inspicere, legat decimum librum, ubi describit *Cretam* Insulam. P.

Ibid. Αγαθεὶς ψυχὴν Παιδὸς, &c.] *Maximus Tyrius* de hoc amore differit *Orat.* 10. modum ejus ostendens: Ερᾷ, inquit, Σπαρτιάτης ἀνὴρ μειρακίᾳ Λακωνικῆ, ἀλλ' ἐρᾷ μόνον ὡς ἀγάλματός καλῆ, i. e. *Amat vir Spartanus adolescentem, sed amat tantum ut pulchram statuam.* Id est, intuendo, admirando, commendando. *Lacedæmoniis* talis amor in primis usitatus, isque honestus item, & turpitudinis omnis expers, quippè qui ipsi probi non corpus, sed indolem egregiam & animi ingenuitatem, pudoris & honoris æmulatione, in eligendis suis amasiis respiciebant. Quid de hâc re sensit *Plutarchus*, videre est in ejus *Lycurgo*: Τὸ ἀντερᾶν, inquit, οὐκ ἦν, ἀλλὰ μάλλον ἀρχὴν ἐποιεῖντο φιλίας πρὸς ἀλλήλους οἱ τῶν αὐτῶν ἐραστῆντες, καὶ διετέλεν κρινῆ σπαραδίζοντες ὅπως ἀριστον ἀπεργασαιντο τὸν ἐρώμενον, i. e. *Rivalium æmulatio non erat, sed potius qui eosdem amabant, ex eo auspiciabantur mutuam amicitiam, eoque incumbabant communi studio, ut redderent quàm præstantissimum eum, quem diligebant.* Hinc *Cicero* notat, “*opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores non haberent.*” Et quòd talem honestum & inculpatum amorem voluit *Virgilius* — (*Nisus amore pio pueri* —) manifestè probat *Cl. Warburtonus Div. Leg.* lib. 2. sec. 4. ubi civilem moris hujusce rationem reddit. Vide item *Crag. de R. L.*

P. 182. Καὶ εἰς τὸ σῶφρονεῖν &c.] Apud *Stobæum* habes — καὶ εἰς τὸ σῶφρον ἰχυρότερόν ἐστι τῆς τῶν θηλειῶν φύσεως. ὡς ἐκείνων γὰρ ἦτορ μὲν ἀν φωνὴν ἦν ἀκῆσαι, ἢ τῶν λιθ. In quâ lectionis diversitate mihi placet potissimum illud, τῆς ἢ θηλειῶν φύσεως. Nam sequentia rectius hîc leguntur (eodem videlicet modo quo apud *Longinum*) quàm apud illum. *Steph.*

Ibid. Μετασρέψαις] De scripturâ hujus loci hæc *Cel. Pearcius* ad *Longin.* — *Στρέψαις* est lectio *Robort.* & *MStorum Par. Ambr. & Vat.* 3. non *μετασρέψαις*, quæ hodiè legitur & apud *Longinum* & apud *Xenophontem*: hanc vocem, opinor, mutavit *Manutius*, ut ea vulgatæ *Xenophontis* lectioni conveniret: sed *Stobæus* in *Exc. Serm.* 42. hoc citans habet *σρεψάντων*, & ut dixi, *MSi* ferè omnes præ se ferunt *σρέψαις*, quod sanioris, opinor, est sensûs: & *μετα* addi videtur voci *σρέψαις* ex postremis syllabis *μετα* vocis præcedentis. Rectius tamen secundum *Stephanum* *μετασρέψαις* compositum quàm *σρέψαις* simplex hîc legitur. Nam ab illo (inquit) ἀμετασρεπτι (pro quo *Horatius* dixisse videtur *oculo irretorto*) factum esse scimus. Sed ferri potest utraq; lectio.

Ibid.

Ibid. Εν τοῖς θαλάμοις] *Longinus* in præclaro illo Περὶ Ὑψους Λόγου opusculo pro τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις, legit, τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Nec verò suspectum in eâ lectione nobis esse potest ejus exemplar, cùm nominatim hyperbolicam hanc comparisonem exagitantem, subjungat, Ἀμφικρότει, καὶ ἔξενόφῳντι, ἔπρεπε τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν κήρας λέγειν “πυρρῆνες αἰδήμονας.” Nec his contentus, addat, οἷον δὲ, ἠράκλεις, τὸ τὰς ἀπάντων ἐξῆς κήρας αἰχυντηλῶς εἶναυ πεπεῖαθ, ὅπερ φασὶν ἐδενὶ οὕτως ἐσημαίνειαθ τὴν πινῶν ἀναίδειαν, ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Quinetiam adjicit, *Timæum* hoc loquendi genus, alioqui frigidum, *Xenophonti* suffuratum esse, ita scribentem, ὃ τίς ἂν ἐποίησεν, ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κήρας, μὴ πρόνας, ἔχων; Atquæ quàm miratur *Longinus* *Xenophontem* ita locutum esse, tam nos vicissim mirabimur non ipsum duntaxat, sed & *Timæum* in adeò diversam à nostrâ lectionem, & adeò reprehensionem obnoxiam (cùm *Timæo* præsertim castigata exemplaria non defuerint) incidere potuisse. Nec tamen *Timæum* hoc loquendi genus ab eo mutuatum esse (nè dicam, cum *Longino* furatum) affirmari pro certo queat; & licet hoc *Longino* demus, nimirum ita scripsisse *Xenophontem*, & ex eo id sumpsisse *Timæum*, non protinus aut hunc aut illum reprehensionem mereri dabimus. Hæc enim loquendi formula, hujusmodi quæ defendi possit esse videtur. Hactenus *Stephanus*. Huic addas quæ notavit *Hudsonus* ad *Longin.* p. 13. Probabile est (inquit) ex *Stobæo*, in *Serm.* 24. & ex *Xenophontis* *Codd.* verbisque præcedentibus, *Xenophontem* scripsisse ἐν θαλάμοις non ἐν ὀφθαλμοῖς; & *Longinum* memoriâ lapsum esse. Huic tamen sententiæ eruditif. Præsul *Z. Pearcius* parum assentitur: “Unicum hoc (inquit) quod in *Xenophonte* vituperat *Longinus*, non temerè, opinor, protulisset: vox κήρη significat & *virgo* & *purpilla oculi*; hinc πυρρῆνες, quæ æquè ac κήρη significat *virgo*, in illo altero sensu vocis κήρη scil. *purpilla oculi*, ambiguè & frigidè simul à *Xenophonte*, si *Longini* lectio vera est, usurpatur.” *Pearc.* ad *Longin.* Sect. 4. Ad quem locum vide sis doctissimum & acutissimum virum *Langbænum*.

Ibid. Εἰς τὸ Φιλίππον] Forfan φειδίον. Fuerunt *Syssitia* instituta primùm à *Lycurgo* exemplo *Cretensium*, & initio dicta ἀνδρεία, sicut & *Cretenses* sua vocabant ἀνδρεία, ut scribit *Strabo* lib. 10. sive ἀνδρία, ut est apud *Plutarchum*. Postea, ut idem ait *Plutarchus*, dicta φειδίτια, vel φιλίτια, παρὰ τῆς φιλίας, quòd ad amicitiam & benevolentiam pertinerent: sive φειδίτια à φειδῶ, quòd ad parimoniam & frugalitatem assuefacerent. Quamvis idem auctor tradit, ex aliorum sententiâ dicta, quasi ἐδίτια, adjectâ aspiratâ ad frontem dictionis, ab eo convictu, sive ab *edendo*. Patebant hæc *Phiditia* tantum viris, nec muliebribus in his locus erat, ut docet *Plato* lib. 8. *Leg.* Neque iis tamen omnibus, sed qui à reliquis probati atque adsciti fuerant. Neque solum viri, sed & pueri hæc frequen-

frequentabant, tanquam ad *διδασκαλεία σωφροσύνης*, seu *ludum temperantiæ ventitantes*; ut sermones ibi de *Repub.* exciperent, doctores conspicerent ingenuos, assuescerent ipsi joculari, &c. Atque ut quisque puerorum intrabat, eis natu maximus monstratis foribus aiebat; *Sermo hinc non egrediatur*; ut scribit *Plutarchus* in *Laconicis*. Vide sis plura quæ congeffit *Crag.* de *R. L.* p. 57. Confer etiam *Cicer. Tusc. Disp.* lib. 5.

P. 183. Τῶν ἡρώωντων] Legitur apud *Stobæum*, τῶν ἡδὴ ἡρώωντων. *Steph.*

Ibid. Χορὸς] Quia in Ludis Gymnicis choros *Apollini* agitant. *Pausan.* in *Lacon.*

P. 184. Οἱ Εφόροι] *Suidas* ad v. παρὰ Λακεδαιμονίοις τὸν ἀριθμὸν ἑ, οὓς Εφόρους ἐκάλειν, ἀπὸ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως πράγματα. Magistratus erant *Lacedæmoniorum* eâ præditi potestate, ut etiam reges suos in vincula conjicere possent; teste *C. Nepote* in *Pausan.* sec. 3. *Hutch.* ad *K. A.* p. 172. Vide etiam suprâ p. 24.

Ibid. Ἱππαρέται] *Hippagretæ* (verba sunt *Cragii*) qui ἱππεῖς etiam dicti, sicut apud *Cretenses*, cûm habeant quidem nomen ab equis colligendis: equis tamen apud *Lacedæmonios* carebant, ut testatur *Strabo*. Quarè & *Hesychius* eos à præfecturâ gravis armaturæ militum definit. Scribit enim sic — Ἱππαρέται ἀρχὴ ἐπὶ τῶν ἐπιλέκτων ὀπλιτῶν, id est, *Hippagretæ magistratus delectis armatis præfectus*. Præfecti hi fuère trecentis illis, qui in civitate optimi habebantur, & in bello perpetui comites stipabant Regem, quique *Equites* dicti, sicut *Celeres* *Romulum* circumstabant, ut ait *Dionysius*. De iisdem *Noster Hist. Gr.* lib. 3. ferè medio.

Ibid. Θεοφιλεστάτη &c.] *Et Diis gratissima, & Civitati saluberrima*: Diis — propter choreas, cantus & carmina; Civitati — quia alii alios virtute studebant superare. P.

P. 185. Πυκτεύουσι] *Certant pugilatu*; quod est genus exercitationis corporeæ, tuendæ valetudinis gratiâ. P.

P. 186. Κάκιστον εἶναι τὸ θηρᾶν] *Noster K. Π.* lib. 8. sub initium: Τῆς πολεμικῆς δ' ἐνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν οὕτω ἀσκεῖν πάντα ᾧετο χρῆναι τούτην ἡγούμενον καὶ ὅλως ἀρίστην ἀσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην. Etiam *Κυνηγ.* initio cap. 2. Εγὼ μὲν οὖν παραίνω τοῖς νέοις μὴ παύσασθαι κυνηγεσιῶν — ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀγαθοί, &c. *Lacedæmoniorum* canes in generosissimis numerati erant, ut ex *Polluce* patet, itemque *Virgilio*, & *Horatio*. Meminit & *Cicero* in *Tusc. Disp.* *Laconicæ* exercitationis in venando.

P. 187. Σκηῖντας] *Hujus Vocis* (notante *Raphelio*) variæ sunt significationes. Primò quidem notat *tabernaculum figere*, sive *castra locare*, in iisque commorari: *K. A.* lib. 2. Οἱ μὲν ἔν Ἑλλήνεσσι παρ' αὐτὴν ἐσκήνωσαν, ἐγγὺς παραδείσου &c. Quæ significatio, quamvis propria omninò esse videtur, minùs tamen frequens est; apud *Xeno-*



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

morari. Erat enim moris, gestorum narrationem audientibus adolescentibus ibi fieri. Itaque (notante *Cragio*) hæc quasi virtutis erant officinæ, ubi & corpus cibo recrearetur: ita & animus virtutis studio imbueretur.

P. 190. Οὐδὲ γὰρ ὑπὸ φανῶ] Hujus rationem *Plutarchus* ait fuisse, ut assuefierent in tenebris intrepidè incedere. Ita enim scribit in *Instit.* Πλούτες οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς σπαστιοῖς μελέταις ἀπίασιν δὲ χαλαμπάδος. Οὐ γὰρ ἔξεσι πρὸς φῶς βαδίζειν, οὔτε ταύτην, οὔτε ἄλλην ὁδὸν, ὅπως ἐδίζωνται σκοτὸς καὶ νυκτὸς εὐθυραστῶς καὶ ἀδέῳς ὀδεύειν.

P. 191. Ἀπὸ χειρῶν, &c.] Ad luctum, ad pugillatum, ad jactum disci, referto. P.

P. 192. Τῶν ἀλλοτριῶν ἄρχειν] Haud dubiè (inquit *Cragius*) hæc potestas omnibus concessa fuit, nè ullo in loco monitores & doctores juventutis deessent, ut ii hæc ratione quàm optimis moribus assuefierent, semper præstò habentes, quorum timerent reprehensionem.

Ibid. Ὅτι οὗτοι] I. e. Cives hujus, vel illius civitatis: est perindè ac si dixisset ita, *cives Spartani, vel civitatis aliùs.* P.

Ibid. Οὕτως ἄρχειν] I. e. rectè, moderatè, & cum virtute. P.

P. 193. Τὰ πεποιημῆα] *Scil.* prædam venaticam.

P. 195. Οὐ γὰρ ἐδῆτ' &c.] Fuit prorsùs Lacedæmoniorum frugalitas circa cultum & vestitum omnibus admirationi. (Vide *Nostrum* suprà p. 90, & 173.) Itaque meritò *Clemens Alex.* refert *I. Strom.* — Neque purpuræ apud eos usum permissum esse. Poeticum itaque est, quod *Horat.* lib. 2. *Od.* 18. dicit:

————— *Nec Laonias mihi*

Trahunt honestæ purpuras clientæ.

Nisi de vestibus militaribus intelligatur. De quibus vide *Nostrum* infrà p. 208.

P. 196. Νόμισμα &c.] Erat ferreus hic nummus gravis pondere, & mole suâ non exiguus. *Plutarch.* in *Lycurg.* ait, ad vehendum tantum nummorum ferreorum, quantum valet decem minas, requiri plaustrum duorum boum. Qualis autem fuerit moneta, & quomodo cudi solita, docet idem in *Lycurg.* & dilucidius in *vitâ Lyfand.* *Crag.* de R. L. p. 334.

Ibid. Δέξα μινῶν] *Suid.* & *Phavorin.* ἐκατὸν δραχμῶν ποιεῖσι μινῶν μίαν. *Plin.* H. N. lib. 21. extremo: *Mnâ, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.* Vide *Hutch.* indicem K. A. adjectum.

Ibid. Χρυσίον &c.] Multa ex hoc instituto (verba sunt *Crag.*) sequebantur in *Repub.* laudabilia. Quid enim sublatis opibus, & dempto divitiarum studio, Lacedæmoniis supererat, quod magno perè quærerent & affectarent, præter virtutem? Hanc igitur volens *Legislator* à suis civibus omnibus aliis rebus anteponi, aurum & argentum è *Repub.* exulare jussit. Atque hoc eò severius observabatur,

vabatur, quòd oraculo moniti fuerant, cupiditatem pecuniæ Spartam aliquando perdituram. *Justinus* de *Lycurgo* loquens: *Auri* (inquit) Ἔ' *argenti usum, velut omnium scelerum materiam, sustulit.* Sed hoc tam præclarum institutum exolevit, investâ pecuniâ à *Lysandro* post captas Athenas, ut testatur in *vitâ Lysand.* & pluribus aliis locis *Plutarchus.*

P. 197. Ὑπέρχονται — τὰς ἀρχὰς] Intelligas hîc magistratum nomine, non modò eos, qui cum imperio publicum munus administrârunt, ut Jurisconsulti propriè vocabulum usurpant; sed generaliter quosvis, qui Reipublicæ gubernationi aliquâ in parte præfuerunt bono publico, vel publicum aliquod munus gesserunt. Vide *Crag.* in libro sæpiùs citato.

P. 198. Εφορείας δύναιμι] Verisimile & rationi consentaneum est hos constituisse potestatem Ephorum. Ephori enim (ut suprâ notavimus p. 24.) summam habebant potestatem; ad hos à Rege & ab aliis magistratibus erat provocatio, erantque Spartæ, ut tribuni plebis Romæ.

Ibid. Ἀρχοντας μεταξὺ] Μεταξὺ δειπνῆντας habet *Demosth.*

P. 199. Ἐπήρθε τὸν θεὸν] Id apud omnes in confesso est, oraculum Delphicum plurimum ad hanc Nomothesian contulisse, sive *Pythia Lycurgo* exposuerit instituta, quæ Spartanis tradidit, ut sentisse quosdam scribunt *Herodotus* & *Strabo*: sive etiam constitutio illa, quam mente agitabat, oraculo probata indè confirmabatur, & Lacedæmoniis commendabatur, ut vult *Noster* — Utraque sententia eò pertinet, ut tam insignis Reipub. constitutio, non fuisse humani ingenii, sed divinæ mentis opus existimetur. *Crag.* de R. L. lib. 3.

